IACOBVS MISSELIVS SS.
Theolog. Doctor, Vicarius
Generalis.

Digitized by Google

Polem. 2170.

Digitized by Google

ANTONII

POSSEVINI

È SOCIETATE

IESV

IVDICIVM,

De Nuæ *militis* Galli, Ioannis Bodini, Philippi Mornæi, & Nicolai Machiauelli quibusdam scriptis quorum Catalogum inuersa pagina indicabit.

ITEM

Defensio veritatis aduersus assertiones Catholicæ fidei repugnantes eiusdem Nuæ libris aspersas, auctore Petro Coreto Tornaci Canonico.

ITEM

Eiusdem Antonij Possevini de Confessione Augustana, ac num admittendi sint hæretici ad colloquium publicum de fide, De Desiderio Erasmo, & secta Picardica iudicium.

Accessit index capitulorum initio præfixus, & alius in fine rerum omnium copiosissimus.

LVGDVNI,

APVD IOANNEM BAPTISTAM BVYSSON.

M. D. XCIII.

Superiorum permissu.

Digitized by Google

De Nuæ militis Galli ſcriptis, quæ ille Diſcurſus Politicos, & Militares inſcripſit.

De Ioannis Bodini Methodo hiſtoriæ: Libris de Repub. & Dæmonomania.

De Philippi Mornæi libro de veritate fidei Chriſtianæ.

De Nicolao Machiauello, & libro cui Antimachiauellum nomen eſt.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
ET CLARISSIMO VIRO
D. ANTONIO EMANVELI CHALOM
Lugdunenſis Diœceſis Officiali & Vicario ſubſtituto, & in Curia Lugdunenſi Conſiliario Regio, IOANNES BAPTISTA BVYSSON S.

PRÆCLARA *ſanè & magnis viris, & ſapientibus digna vox illa fuit, vir clariſſime, vt* Ne quid nimis. *Quæ profecto ſententia, etſi in omni vita adprimè vtilis eſt, vt quidam ait: neſcio tamen, an qua vlla in re vtilior eſſe poſſit, quàm in eo vitæ inſtituto, quod nos profitemur, vel in librorum compoſitione, & ſcriptione: quos tam multos ſine delectu, & iudicio edi conſpicimus, vt verendum ſit, ne præclara librorum ſupellex aliquando proiecta vilior alga, vt alter ait, eſſe videatur, neque profectò abibo longius. Quinam vulgo libri plauſibiliores ab aliquot annis editi ſunt, quàm qui à doctiſſimo viro, & religioſiſſimo D. Antonio Poſſeuino (qui antequam ſe religioni Societatis Ieſu conſecraret, & poſtquam in eam eſt cooptatus, non modò in hac ciuitate, atque in vniuerſa Gallia, verum etiam poſtea legationibus in Septentrione aliquot perfunctus magna vbique ſui zeli, & in Deum,*

Ecclesiámque Catholicam studij reliquit insignia) in hoc paruo opere redarguuntur? Et tamen quis nescit ipsorum auctores longè consultius facturos fuisse, si vel omnino sibi a scribendo temperassent, vel si hoc insanum scribendi cacoethes eos tenebat, intra certum suæ professionis, & disciplinæ modum se continuissent? Quod si neutrum ab illis obtentum est, cur Bibliopolæ vel eos primùm euulgarunt, vel certè postquã eos aliquod virus habere ex multorum fama perceperunt, adeo sunt nostri decoris, & dignitatis obliti, vt eos iterum, atque iterũ recudere, & non per Galliam modò nostram, sed etiam per longè dissitas prouincias spargere non erubescant. Et quidem opportunè accidit, vt cùm libri isti à Gallis in Italiam essent delati, in manus sanctissimi Pontificis Innocentij IX. antequam ad Pontificatum promoueretur, & D. Antonij Possenini peruenirent: quos illi libros sua censura & cautione dignos cùm iudicassent, Pontifex Possenino mandauit, vt partim ex suis obseruationibus, partim ex manuscriptis ipsius Possenini aduersarijs, quæ cum illo communicauerat, ipse aliquid scriberet, quibus pestilentes illi libri proscriberentur. Præstitit ille impigrè quod ei mandatum fuerat, & librum hunc sententiarum, grauitate & excellentia præstantissimum, lectúque dignissimũ superioris anni auspicijs edidit, quem vanis tam in locis impressum, dubiũ non est, quin maximum iam fructum alibi terrarum produxerit. Quod cùm non ignorares, sapientissime vir, téque aliquando more meo inuiserem, tu primus auctor fuisti, vt hunc librum typis in Gallia euulgandũ susciperem, vt cùm hi, contra quos D. Possenius scribit, libri sint maximè per Galliam dispersi, in Gallia saltem liber impressus esset, qui eorum impietatem coerceat. Communicato igitur nostro cum Patribus Collegij Societatis Iesu huius vrbis consilio,

non

non ſolùm me in tua ſententia confirmarunt: ſed etiam comprimendam militis illius Galli frangendámque magis ac magis impudentem audaciam aut audacem impudentiam, aliud etiam volumen Petri Coreti Neruij Canonici, & S. Theologiæ licentiati obtulerunt. Quod D. Poſſeuinus in ſui libri fine plurimũ laudat, qui peculiari opere, quem cum hoc edimus, aduerſus Nuam veritatis Catholicæ ſuſcipit defenſionem. Nec ijs etiam contenti ab ipſo D. Poſſeuino per litteras admoniti iudicium eiuſdẽ de perfidia & execrãda Confeſsione, quæ Auguſtana paſsim nominatur, & nonnulla alia eiuſdem opuſcula ſubiecimus: quæ ab eodẽ in Germania, Poloniáue aliquoties edita viſa ei ſunt etiam digna, quæ in Gallia imprimerentur ob id maximè quòd cùm Galliæ ſtatus præſens ſit in præcipiti, videndum etiam, atque etiam ſit, ne Poiſsiaca, vel alia Bezana ſeu veſana potius Confeſsio tot hæreſũm mõſtra in Gallia pariat, quot ex eo quaſi Troiano equo Auguſtana ſcilicet Confeſsione in Germania prodierunt. Hæc autem omnia, vir clariſsime, tibi imprimis multis quidem nominibus offero: ſed maximè quia tu primùm illud de Nuæ militaribus diſcurſibus iudicium mihi dediſti, quod iuxta illud Heſiodium, Eadem menſura, & aliquanto meliore, ſi fieri poteſt, reddendum tibi eſſe exiſtimaui. Acceſsit etiam tua ſingularis in me comitas, & beneuolentia, qua cum plurimis alijs nulla tecum ratione conferendis ita me complecteris, vt domus tua commune quoddam non ſummorum, ſed mediocrium, & infimorũ cuiuſque ordinis hominum aſylum quoddam eſſe videatur. Prædicabunt alij tuam religionem, eruditionem, integritatem & cæteras animi, corporiſque tui dotes. Ego te hoc vno maximè colo, & colam, quòd in tãta rerum, & honorum copia, inq; maxima virorum Principum gratia tantam animi ſubmiſsionem

retines, vt qui tecum versantur omnes, siue hi familiares sint, siue externi, pari tecum sorte prognatos, & eodem quasi ex ouo eductos esse arbitreris. Ego igitur, cui tu tantam impertiris beneuolentiam, vicissim tibi quandiu viuam, omne genus officij, & obsequij exhibebo. Quod vt testatum facerem, nomen tuum in horum librorum vestibulo apparere volui, & tibi libros hos omnes, qui nunc primum in Gallia eduntur, nuncupare decreui: quos sanè libros tum ob auctoris D. Posseuini nomen, & dignitatem, tum ob rerum, de quibus agunt, præstantiam tibi futuros esse iucundissimos satis scio.

Vale.

INDEX

Digitized by Google

INDEX OMNIVM
quæ in hoc opere habentur.

Epistola Stanislai Archiepiscopi Gnesnæ in Polonia ad P. Antonium Possevinum, de libris ab eodem aduersus Nuam & alios edito.

CAPVT I.

An Catholici cum hæreticis permiscendi, tolerandive sint. Num item verum sit, quod Nua dictitat, Vnum, & eundem Christum Dominum esse finem Catholicorum, & Hæreticorum. pag. 1.

CAPVT II.

Vtrum expediat ad Gallicas res componendas, vniuersale liberum Concilium, an certe colloquium alterum de Religione instituere. pag. 14

CAPVT III.

An cum fieri nequeat, vt eo modo, quo vellent hæretici, vniuersale Concilium liberum cogatur, saltem nationale Ecclesiæ Gallicanæ indicendum sit, ad dirimendas lites, quæ de Religione existunt. pag. 34

CAPVT IIII.

An quod neutrales quidã Politici proponunt, vt pars vtraque de suo iure non nihil decedat, optima sit ad faciendam concordiam ratio. pag. 45

CAPVT V.

An aliquis alius denique modus ab antiquis, siue Catholicis, siue hæreticis, adhibitus sit pacandis tumultibus: Qui ité istis, qui de Religione in Gallia exorti sunt, posset vtiliter adhiberi. pag. 50

CAPVT VI.

An cum difficillima videatur esse curatio plurimorum in Gallijs hominum, qui in hæreses prolapsi, pertinaces sunt, ratio vlla sit, qua saltem qui Catholici sunt, seruentur integri in fide; reliquorum autem sanitas minore cum periculo subinde curetur. pag. 69

CAPVT VII.

Absurdum, & impium consilium à Nua proponi de miscendis hæreticis copijs vna cum exercitu Catholico, vt Turca oppugnetur; ac collegia quædam militaria instituantur; veterisque cuiusdam militiæ delectus habeatur. pag. 80

De Ioannis Bodini libris consideratio & cautio & primum de methodo historiæ. pag. 87

De Demonomania. pag. 93

De Republica cautio. pag. 99

De Philippi Mornæi libro de veritate Christianæ religionis iudicium & cautio. pag. 122

Cautio de iis quæ scripsit tum Machiauellus tum is qui aduersus eum scripsit Antimachiauellum, cui nomen haud adscripsit. pag. 128

Hieronymi Osorij Episcopi de Machiauello iudiciũ ex lib. III. de nobilitate Christiana. pag. 136

Aduersus Machiauellum quinam alij scripserunt. pag. 153

Petri Coreti epistola dedicatoria. pag. 155

Peruersum esse Politici consilium quo ad regnum Galliæ dissidiis liberandum monet vt politicè primum respublica stabiliatur quousque vacet Ecclesiasticis constitutionibus & componendæ religioni intendere. Cap. I. pag. 145

Male-

Male existimari permitti debetur in Gallia sectarum in religione varietatem. Cap. II. pag. 167

Falso asseri quietem, pacem & concordiam stabilem inter religione dissidentes retineri posse. Cap. III. pag. 171

Non posse principes Christianos impunitatem hæreticis proponere, neque cum eis vnionem & pacem constituere, eisque incumbere ex officio quantum in ipsis est hæreses extinguere. Cap. IIII. pag. 179

Deo placuisse principes & gloria opibusque auctos fuisse, qui Ecclesiam & religionem defenderunt, displicuisse verò diuinam vltionem meruisse, qui eam aduersus hæreticos tueri neglexerunt, vel etiam ei sunt aduersati. Cap. V. pag. 184

Mendacium est Constantinum & Theodosium sapientissimos & potentissimos imperatores Paganos. Iudæos & Arrianos suæ quéque disciplinæ & conscientiæ permisisse. Cap. VI. pag. 188

Ostenditur ex D. Augustino aliisque Ecclesiæ doctoribus, non esse cum hæreticis dissimulādum & magno commodo de eis coercendis esse leges constitutas. Cap. VII. pag. 193

Ad illud respondetur quod obiicitur Christum & Apostolos cum Gentilibus & Samaritanis, peccatoribúsque esse conuersatos, vt propterea nefas sit Imperatoribus Christianis hæreticos pœnis coercere, vel à Catholicorum Societate separare. Cap. VIII. pag. 200

Orioſe Politicus accusat Catholicos feritatis, appellat persecutores, &c. cum pro inimicis potius sit orandum, & laborandum vt ab erroribus

conuertantur. Roma fatalis est, inquit, officina gladiorum occisionis. Ecclesiastici, episcopi, abbates, Iesuitæ persuaserunt regibus esse gratum Deo sacrificium, quod hæretici regnis eorum exigantur, neque eis aliud commendant, quàm ignes & ferrum. Cap. IX. pag. 204

Vanè gloriantur hæretici se à Catholicis persecutionem pati, ideóque se ad veram Ecclesiam pertinere, propterea quod præclarè scripserit Augustinus, eum qui persecutionem mouet, esse ex diabolo, qui verò patitur ex Deo. Cap. X. pag. 211

Catholicam Ecclesiã semper ab hæreticis grauissimam pati persecutionem. Cap. XI. pag. 218

Vitari hæreticos à Catholicis oportere ne eorum contagione offendantur. Cap. XII. pag. 221

Stultè admodum & irreligiosè velle politicum, quæri iam viam quæ ducit ad salutẽ post tot sæcula humanæ redẽptionis. Cap. XIII. pag. 224.

Ostenditur aduersus assertionem Politici Caluinistas & Lutheranos esse hæreticos conuictos. Cap. XIIII. pag. 227

Multa in Ecclesia credenda & obseruanda ex traditione pendere: astutè verò hæreticos solam Scripturam admittere, vt soli sint iudices veritatis. Cap. XV. pag. 232

Non est expectandũ ab aliqua prouinciali Synodo auctoritate regis Gallię vel cuiusquam principis coacta de fidei & Scripturarum veritate iudicium, sed ab Apostolica & Ecclesia Catholica, cuius est summa in terra & irrefragabilis auctoritas. Cap. XVI. pag. 238

Omnes sectarij prophani sunt & improbi, etiãsi cum

cum Catholicis eundem habeant Deum, animámque immortalem, atque idem baptiſmi ſigillum: non autem rectè dicuntur, & hi & illi inſerti eſſe eidem radici & trunco qui eſt Chriſtus Ieſus. Cap. XVII. pag. 241

Oſtenditur Politicus cum Caluiniſtarum conciliabulo non eſſe in Eccleſia Chriſtiana, ex eo quòd veterum Galliæ regum pietatem & deuotionem commendat & Irenæum cùm Polycarpo & Athanaſio aſſerit fuiſſe duces animarum ad ſalutem ſub ignorantia & peccati dominio captiuarum. Cap. XVIII. pag. 244

Impiè ſuaderi opes Eccleſiarum in regium fiſcum redigi ad ſubleuandũ populum tributis immoderatiùs grauatum. Cap. XIX. pag. 250

Religioſæ pietatis magníque apud Deum meriti opus eſſe Eccleſiarum decori & ornamento ſtudere. Cap. XX. pag. 255

Solere hæreticos Eccleſiaſticorum vitam & mores inſectari, vt ſimpliciores abducant à fide Chriſtiana. Cap. XXI. pag. 261

Non eſſe idololatriam in Eccleſia Catholica, neque in Euchariſtiæ ſacramento, neque in Sanctorum inuocatione, neque in ſacratum imaginum veneratione. Cap. XXII. pag. 264

Reſpondetur Politici calumnijs quibus Pontifices grauat, nimirum quod ſint Alchimiſtæ, & Germaniam olim ab Imperatoribus diſtraxerint, Phocam extincto Mauricio donauerit imperio, vt ab eo fierent totius Eccleſiæ principes. Cap. XXIII. pag. 272

Refelliturblaſphemia politici inter multas ſtultitiæ

titiæ ſpecies quas dixit ab Eccleſia Catholica profluxiſſe recenſentis cõfeſsionem auricularem. Cap. XXIIII. pag.276

Non eſſe vanam & ſtultam peccatorum in mortalia & venialia diuiſionem, & ſingulorum capitalium in multas ſpecies ac velut membra diſtributionem. Cap. XXV. pag. 281

Male inter ſtultitias & vana phãtaſmata recenſeri purgatorium, neque verè dici pro vno mortali peccato acerbiſsimas pœnas luendas eſſe in purgatorio ſeptem annorum ſpatio, à quibus tamen homines poſsint multitudine Miſſarum & orationum liberari. Cap. XXVI. pag. 283

Blaſphemum eſt aſſerere bonos viros non debere iudicij Dei & inferorum recordatione terreri, & ſalutis ſecuritatem credentibus poſſiceri. Cap. XXVII. pag. 287

Eiuſdem Antonij Poſſeuini è Societate Ieſu de Auguſtana confeſsione iudicium.

Num vlla fidei confeſsio Auguſtana vnquam reipſa fuerit, ac ſi fuit, quænam illa cenſenda ſit. Cap. I. pag. 293

Variationem eiuſdem confeſsionis Auguſtanæ ab ipſiſmet hæreticis agnitam, atque ab eorum pleriſque eandem confeſsionem fuiſſe reiectam. Cap. II. pag. 295

Auguſtanam quam vocant confeſsionem, cum vniuerſæ antiquitati repugnauerit, nec Euangelium aliquod ſapere, nec verò aliquid reuera fuiſſe, vt ad eam Chriſtianus aliquis prouocare debeat. Cap. III. pag. 299

Damnationem eiuſdem cõfeſsionis Auguſtanæ ab

ab omnibus ſynodis & ſæculis, ab omnibus legitimis Imperatoribꝰ & Regibus, ab omnibus Academijs, ac denique à ſeipſa, quæ de ſeipſa incerta prouocauit ad futurũ Concilium, quamuis poſtea ne ad ipſum quidem hæretici inerint, aut promiſſis ſteterint, validiſsimum eſſe argumentum, eandem confeſsionem nihil eſſe præter impiam fraudum ac mendaciorum farraginem, & ideo eſſe abiiciendam. Cap. IIII. pag. 301

Ex Lutheri miſsione qui confeſsionem Auguſtanam primus texuit effici hanc à diabolo fuiſſe, ac proinde ad illam non eſſe confugiendum. Cap. V. pag. 309

Hiſtoria & Theologi huius ſæculi qui confeſsionis Auguſtanę variationes & impoſturas vel retexerunt, vel euidentiſsimis rationibus ex Dei verbo petitis refutarunt. Cap. VI. pag. 316

Eiuſdem tractatio num expediat pacandæ reipubl. admittere hæreticos ad colloquium publicum de Religione coram ſeculari principe, aut ex omnibus ſectis ſolam confeſsionem vt vocant Auguſtanam tolerandam vna cum Catholica Religione. pag. 319

Eiuſdem alterum iudicium de deſiderio Eraſmo, ad quem noui Arriani prouocant. pag. 337

Eiuſdem examen Picardicæ ſectæ quæ mixta eſt ex Lutheranis, Caluinianis & Anabaptiſticis hæreſibus. pag. 343

EPIS-

EPISTOLA STANISLAI Archiepiſcopi Gneſnæ in Polonia ad P. Antonium Poſſeuinum de libro aduerſus Nuam & alios edito.

Admodum Reuerẽde Pater, amice chariſsime & honorande.

IOANNES Conarius Collegij Poſnanienſis Rector, miſit ad me, Reuerendæ Paternitatis veſtræ libellum, ipſius, vt mihi ſcripſit, mandato; iudicium nempè, de quibuſdam Bodini, Machiauelli, Galli militis, ac aliorum ſcriptis, vt videlicet libellum prælo ſubiici, ac per Regnum euulgari mandarem. Ego verò, & hoc officio priſtinam in me Reuerendæ Paternitatis veſtræ beneuolentiam recognoſco lubens, & actis immortali Deo gratiis, qui hoc potiſsimum tempore, quo caput nimium attollit impietas, vigilibus atque ſolertibus Eccleſiam ſuam cuſtodibus, mala in eam irrepentia denunciantibus, non deſtituit, gratulor tibi, tam præclarum in Eccleſiam Dei, Rémque publ. Chriſtianam meritum, quo illa non ſalutem modò & tranquillitatem ſuam tueri, ſed etiam magnum ad diuturnitatem præſidium habere queat. Iam iſtæ quoque peſtes, ad nos peruenerunt, teruntúrque paſſim hominum noſtrorum manibus, Bodiniani, Machiauelliani & aliorum enthuſiaſmi, tanto quidem ſtudio, vt nihil ſapientius, ad moderandas Reſpub. nihil ad ſanandos præſentes patriæ noſtræ languores accommodatius, ab humanis ingenijs proficiſci potuiſſe credant: quare venenatos

venenatos ex eis ſuccos exſugunt: deprauatiſque iudicijs, ſectas inter ſe diſſectas, cum ſancta Catholica & Romana Religione, falſa pacis ſpecie, imagineque allecti, conciliare conciliatur; quaſi aliqua conuentio atque concordia eſſe poſſit, Chriſto cum Belial, luci cum tenebris, pietati cum impietate, virtuti cum vitijs. Sanè ſi cui Reipublicæ tuus hîc labor vtilis videtur, noſtræ certè fuerit vtiliſsimus, & maximè neceſſarius; habet enim optimum præſtantiſsimúmque antidotum, aduerſus ea venena, quæ iſti doloſè, fraudulentérque ſub medicinæ ſpecie, deprauato iudicio, orbi Chriſtiano propinant, quæq; iam à noſtris hauſta, magnos in Repub. cient motus. Equidem tibi magnam habeo gratiam, quòd mihi, imò verius Reipub. noſtræ, de qua præclarè meritus es, cuiuſque mala, vti optimus medicus probè noſti, tuas iſtas lucubrationes communicare voluiſti, quas ego iam excudi mandaui, vt profuturis noſtris Comitijs in publicum proferantur. Tu in iſto noſtri eximio ſtudio, & voluntate perge, Deúmque tuis in ſacrificijs precare pro nobis, vt errores in adminiſtranda Repub. per te demonſtratos, atque redargutos agnoſcentes, ab eis recedamus, Chriſtianæq; fidei vnitatem tueri & velimus & poſſimus. Nos tibi viciſsim, ad incrementum Dei gloriæ, diuturnam valetudinem precamur, officiáque amiciſsimi hominis nunquam te in nobis deſiderari paſſurũ pollicemus & ſpondemus. Datũ ex Arce noſtra Louicien. V. Auguſti. Anno Domini, M. D. XCII.

PRIVI

PRIVILEGIVM P. PROVINCIALIS
Lugdunenſis Prouinciæ Societatis IESV
Ioanni Baptiſtæ Buyſſon
conceſſum.

BErnardinus Caſtorius Prouincialis Collegiorum Societatis IESV in prouincia Lugdunenſi iuxta Priuilegiũ eidem Societati à Chriſtianiſsimo Rege die 10. menſis Maij anni 1583. conceſſum (quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque illorum permiſsione imprimant) permittit Ioanni Baptiſtæ Buyſſon Lugdunenſi Bibliopolæ, vt opus, cui titulus *eſt Antonÿ Poſſeuini è Societate Ieſu Iudicium de Nuæ militiæ Galli*; *Ioannis Bodini*; *Philippi Mornæi*; *Nicolai Machiauelli*, quibuſdam ſcriptis nec non eiuſdem *Antonÿ Poſſeuini de confeſsione Auguſtana*, *ac num admittendi ſint hæretici ad colloquium publicum de fide*; *de deſiderio Eraſmo & ſecta Picardica Iudicium* ad ſex proximos annos imprimere, ac libere diuendere poſsit. Datum Lugduni die 1. Martij, anno M. D. XCIII.

CASTORIVS.

THEO

THEOREMA
ET CAVTIO
De Theorematibus Politicis & Militaribus
NVÆ GALLI.

PRODIERVNT in lucem Theoremata, seu disputationes Politicæ atque Militares à milite Gallo scripte, quem Nuæ Dominum vocant. Hic Caluinianorũ partes sequutus, cum ab eo, qui iam regnauit, Henricus III. Gallorum Rex, in prælio ad Moguntourcium captus, dimissusq; sibi aliquando temperasset à bello, in Belgium denique cum expeditione profectus, & in manus Catholici Regis copiarum veniés, cum in custodia diu detineretur, scriptioni sese dedit, non tam vt falleret tempus, quàm vt tentaret (aiebat) an Galliæ res collabentes calamo posset iuuare fœlicius, quàm lãcea fecerat. Sed verissimum illud est, quod ait (aliam licet in rem) Apostolus: Quidquid non est ex fide, peccatum est. Hominem enim à Catholica fide alienum, vt rectè

Gallice, *Les Discours Politiques, & Militaires.*

A ea,

Digitized by Google

ea,quæ fidei ac religionis ſunt, tractet, vel vt ſolidum in rebus etiam politicis conſilium det,ecquis facile reperiat?iudicem autem ſeſe ita conſtituere, vt rectius putet,de ſummis rebus ſeſe poſſe decernere,quàm vniuerſa Chriſti vmquam Eccleſia decreuerit,nimium fidentis eſt, vt mitiſsimè loquar. Eas igitur diſputationes,Geneuæ cum eſſet,Gallóque cuidam oſtendiſſet, cui Freſnes cognomento eſt,hic quaſi illo nolente,ſed re vera cupiẽte,euulgauit, quas deinceps quoquouerſum miſſas plerique auidè exceperunt, & excipiunt, non tam ſtatuendis,quàm funditus euertendis Rebus publicis, & Regnis aptiſsimas.

Etenim eo collineant,vt ſuadeatur Galliæ Regnum ſtare poſſe religione Catholica,hęreſiq;cõmixtum. Vertendaq; potius aduerſum Turcas eſſe arma,quàm pro Catholica Religione ferro dimicandum.Iſtis autem multa interſerit,quę pertinent ad mores,diſciplinamq;Galliæ bellicam inſtaurãdam,fœdusq;Principum contra Turcas iniendum rationemq;tantæ expeditionis ſuſcipiendum,cum denique ea,quæ initio tumultuum in Gallia contigerunt,enumeret,Caluinianorum cauſſæ fauens.

Itaque illud primum ſatagit probare ex communi omnium fine,qui Chriſtus eſt. Nam,inquit cum Catholici,hæreticiq; vnum & eũndem Chriſtum colant,non eſt,quòd in reliquis ita anxij ſimus. Addit:Quemadmodum non mutuò ſtringuntur enſes in viſcera ciuium,quod virtutes vitiaq; in Regno vigeant, ſed hiſce vigentibus,pax tamen,concordiaq;fouetur;ſic Religione Catholica,hæreſiq; vigentibus,reliqua in pace adminiſtranda ſunt, vt miles

miles ſcribendus non ſit, nec quiſquam bello adigendus ad fidem, ad quam charitate,& verbo Dei humaniter adduci facilius,concilio autem libero, ſiue generali,ſiue nationali firmius queat. Exéplis autem hęc,inquit,roborari Conſtantini Magni,& Theodoſij,ſanctorum item Epiſcoporum,qui antiquitus(ait)ſplenduerunt,Auguſtinus,& Ambroſius:Regum quoque Galliæ,quales fuiſſe ſcribit S. Ludouicum,Carolum VII.Ludouicum XI.Franciſcum,& Henricũ,Auum,& Patrem eius, qui iam regnauit,Henrici Tertij. Iſtorum igitur,inquit,inſiſtendum eſſe veſtigijs,qui Regna,Remq; publicam velit eſſe ſaluam.Denique profert, quod Heluetij faciũt,qui inter ſeſe tamen pacatè viuunt,licet alij Catholici,alij Caluiniani,& Zuingliani,vel Lutherani ſint.*Id* quod item ait Germaniam vniuerſam *ſequi*,cum tamen in ea tot ſectę viuant cum *Catholicis* vnanimes: Quare idem quoque(inquit) *in Gallia* fieri poſſe,dubitandum non eſt.Huc igitur ferè,quę ille de toto hoc negotio in ſuis diſputationibus agit.Nã,quæ ſpectant ad fœdus Principum procurandum aduerſus Turcas,quæ ve de inſtituendis militaribus collegijs attingit,non nihil poſtea dicam.

Ergo,quod de vno Catholicorum,& Hæreticorum ſine Chriſto iſte putat,errat vehementer. Neque enim quibus ſunt leges contrariæ,iuriſdictióque,& ſacramenta non eadem, ratio verò prorſus *in adminiſtrando* diſſimilis;Diuinę denique Scripturæ *diuerſiſsimus* ſenſus, & interpretatio; Nec certe *eadem* de Chriſto,déque ſanctiſsimæ Trinitatis *perſonis fides*;In partibus autem diuini Co-

dicis admittendis ſumma controuerſia; pertinaciſſima denique contentio etiam in reliquis rebus, quæ ad cultum Dei pertinent; ijs dixeris vnum eſſe ſcopum, & finem Chriſtũ: quippe ex eodem foramine haud prodit dulcis, & amara aqua. Neque ſeſe Deũ volebat dici, Deus ipſe, pſeudoprophetarum, aut aliorum, qui & ſi vnum Deum inuocabãt, aberrabant tamen ab eo longiſsimè; neque ab eo mittebantur: Nec ſanè ijs putaueris eundem eſſe in animo portum, qui aduerſum omnino curſum inſtituunt.

Ac cum fides primum ædificij ſpiritualis fundamentum ſit, ſine qua nemo in Chriſtum credere, nemo ad eum poſsit accedere, ecquis, ſi hæc deſit, audeat credere, eundem ſe habere Chriſtum, quem ſoli Catholici, quoniam in Eccleſia Chriſti ſunt, habent? Diſerte D. Auguſtinus (quem iſte tamen à ſe non lectum honorificè nominat) demonſtrat, Chriſtianum non eſſe, qui in Chriſti Eccleſia non eſt; Ac nullius hæreſeos eſſe Chriſtum fundamentùm: Quin etiam Chriſtum portari aduerſus Chriſtũ ab hæreticis, à quibus ſcripturę teneãtur ad ſpeciem, non ad ſalutẽ: indéq; venenatas ſententias ab ijs emitti, Diabolum nempe imitãtibus in detorquẽdis ijſdem ſcripturis: neque porro Chriſtũ haberi caput ab iſtis, qui in corpore Chriſti myſtico non ſunt, quíq; corpus illud ſciderunt, & ſcindunt, Chriſti ſacramenta, quibus iungitur cum ſuo corpore, tollentes, & negantes: Quæ quidem, ac ſexcẽta alia cum in alios, tum prorſus in Caluinianos quadrant. Id quod liquidiſsimè viderit, qui legerit aut de octoginta hæreſibus agentem Auguſtinum effica

Aug. de ciu. Dei lib. 21. c. 21.

efficaciſsimisq; rationibus ex Diuino verbo eoſdem Caluinianorum errores confutantem; aut ipſorummet hæreticorum inter ſeſe digladiantium ſummas de ſummis fidei capitibus controuerſias olfecerit.

Deinde par ratio virtutum,& vitiorum non eſt, vt quoniam hæc ſine bello tolerantur,hæreſis quoque toleranda ſit. Sane verò ſi qui publicè aſcendere cathedras,& è ſuggeſtu vitia docere,aut ſcholas aperire,libróſve edere de patrandis facinoribus auderent,niſi ordinaria poteſtas poſſet, extraordinaria eſſet accerſenda,& bello peſtis ablegāda,quæ latiſsimè alioquin ſerperet.Cū autem hęreſis multò peſtilentior cunctis flagitijs ſit,hanc niſi ſolida Euangelij ab ipſis Apoſtolis vſque ad hæc tempora interpretatio,ac vetera Patrū Decreta,& omnium Imperatorum,ac Regum eminētiſſimorū,qui Catholici fuerūt, compeſcere poſsint, quidni armis pernicioſiſsimus hoſtis dometur, & cadat?Occidi ſeueriſsimè falſos prophetas mandat Deus;quod re ipſa præſtitere Helias,Ioſias,Iehu,& alij:Chriſtus autem Dominus non legitimos Regni ſubditos,aut filios Eccleſię,ſed ethnicos haberi vult,qui Eccleſiam nolint audire.Et quiſque erit tam ſibi ſapiens,qui cogitet ſecularem poteſtatem quæ non ſine cauſa gladium portat, in eos iniuſtè animaduertere,poſt hæreſim ab eccleſia cognitam & damnatam,quam cum cancro confert Apoſtolus? At certe Oriēs,& Aſia,Meridiesque,& Aphrica,magnaq;noſtro hoc ſeculo Europæ pars, quia initio ſedula non fuit auertendis his malis, nimio plus experta eſt, quid inde conſecutum ſit dam-

Deut.13. 17.18. Reg.3.li-c.18. & Reg.4 c.10. & 23.

ni. Cæterum Petrus Ananiam, & Saphiram interfecit,& Paulus falſum Prophetam,qui Proconſulẽ à fide impedire conabatur,cæcitate percuſsit: Ac Synodo Nicæna petẽte,Arius cum ſuis aſſeclis in exilium relegatus eſt à Conſtantino Primo Imperatore. Atqui non ab hoc vno,ſed ab aliſs, quos recenſet Auguſtinus, ſeueriſsimæ leges ſunt latæ aduerſus hæreticos; quibus tamen vnus ſolus Iulianus Apoſtata fauit, quia erat apoſtata. Etenim Theodoſius, & Valentinianus, & Martianus, & plerique alij Imperatores religioſiſsimi,hæreticos interdum aliquot libris auri, interdũ omnibus bonis,interdum exilio, & verberibus, interdum vltimo ſupplicio mulctari voluerũt; ne huc modo cõferam Eccleſię leges,omnesq;Patrũ ſentẽtias,quę ſẽper aduerſus iſtam peſtẽ conſtantiſsimę fuerunt.

Ep. 66. ad Donatiſt.

Cod. de hæreticis l. Manichæos. l. Ariani l. Quicunque.

Ac Galenus quoque,quo libro ſcribit,mores animi ſequi temperamentum corporis, tres cauſſas affert,propter quas ratio doceat,improbos eſſe interficiendos.Altera ne probis noceant homicidæ, adulteri,latrones.Altera, vt plurimi pauciſsimorũ ſupplicio emendentur;quiq;viuẽdo Reip. prodeſſe noluerunt,hi moriendo proſint,quales Magiam, ſceleraq; horrenda,& alia immania facinora committentes.Tertia,quòd ſçpe ijs,qui plectuntur,expedit occidi, futuris ſemper deterioribus, neque ad ſanitatem reuerſuris.

At certe quadrant hæc omnia iuſtiſsimè in hæreticos,quo hæreſis funeſtiſsimum malum ſit, initiúmq;vitæ cæleſtis extinguat, humanis mentibus diem ſtatim eripiens, radiósq; adeo & igniculos mentis,quibus mouentur ad bonum, retundens;

miran

mirandum vt non ſit, ſi oppugnet arbitrij libertatem, qua ſibiipſi libertatem quodam modo ligat, (quidquid de libertate conſcientiæ blaterat) ſerua facta tenebrarum & Satanæ. Et quidem peſtilentia, qua corpora vexantur, & in delirium acta tandem pereunt, tamquã formidoloſiorem arcent magiſtratus ſumma vi atque natibus: tum quòd ſumma pernicitate præ cæteris affectibus venenum ſuum ad cor vſque diffundit, hominemq; vegetum ac ſuperſtitem deijcit illico in ſepulturam, vt etiã plerique dum liberè incedunt, oppreſsi cadant in vijs, vel ſeſe è feneſtris, aut tectis præcipites dent: tum quòd dum hoſce interficit, alios inficit, ſerpitq; celerrimè plus quàm flãma omnia depaſcens ex vna plurimas domos, & ciuitates breuiſsimo temporis momento inuadens. Quæ cauſa fuit, cur SS. Chryſoſtomus, & Auguſtinus, ethnico, & publicano deteriorem faciant hæreticum; quod ſicut ventorum procellæ maria commouere, & perturbare ſolent, ſic hæreſis quantumcumque Regnum, Rempublicámve (licet antea ſtabiliſsimam) inuaſerit, mox in ea tumultus, factiones, cædes, rapinas, ſacrilegia, publicos inceſt⁹, euerſiones denique excitat. Quamobrem viri ſanctiſsimi, cum alias quaſuis perſecutiones imperterrito animo expectarent, neque ſeſe dimouerent de ſtationibus ſuis, inaudito tamẽ hæreſum motu vires omnes ſtatim colligebant, properéq; concurrebant ad communem cõflagrationem reſtinguendam. A Pontificibus autem maximis vel cogebantur ſynodi, vel Imperatores vrgebantur ad depellendam tantam cladem, qua tãdem ipſa diademata pedibus hæreticorum contri-

vide Rob. Belarminum, & Stapletonum, qui hæc omnia optimè.

ta ſunt. Sed vt plurimos fuiſſe conuerſos, cùm primum leges Imperatorum auocarunt hæreticos ab fallaci illa ſpecie libertatis, quam hodiéq; prętexũt, idem ſcribit grauiſsimus teſtis Auguſtinus. Quod quidem planiſsimè intelligunt, qui ſtatum Regnorum & Rerumpublicarum, vbi viget hæc cura, cõfert cum ijs, qui laxarunt habenas huic primariæ iuſtitiæ. Quæ certè laxatio ſe in animos hæreticorum inſinuauit, cum Lutherus Chriſtianos initio hortatus eſt, ne arma aduerſus Turcas ſumerent, ſed totam rem Deo committerent: Nimirum videbat faſcinatus oculus, Maometem licentius carnis licentiam permiſſurum, quàm fiat tot in Chriſtiana Schola piarum exercitationum aſsiduitate, quę ſtimulos ad bene agendum exacuit, atque exemplo ad Chriſti veritatem ſartam, tectamq; tuẽdam proponit. Sic igitur noui iſti politici Geneuenſes, latente Atheiſmi verme, ad parentis ſui ſeſe normã aptant, qua libertas illa conſcientiæ tam deprædicata, retineat ius, & vbique radicem agat, ac figat vlterius pedem, vbi hactenus fuit ignota.

Sed veteribus miſsis, ſi, quæ oculis patent, inſpiciamus, an quidquam poteſt eſſe dilucidiùs? Trigeſimus pene annus agitur, cum Emmanuel Philibertus, Dux Sabaudiæ Sereniſsimus, in Subalpinã ditionem ſuam recipiendam deſcendit. Diuturno bello, vicinaq; hæreſi, totus ille tractus nutabat in fide. Præcipuæ Ciuitates ſenſim dilabebantur. Miniſtri hæreticorum circumcurſabant liberè. Nam ex vallibus Angroniæ, Lucernæ, & aliunde erumpebant ſtatis temporibus, qui cœnam illam impiã, & virus circumquaque ſpargebant. Illecti plures, qui

qui furtiuas illas aquas ebiberant, iam Eccleſiis, iam corpori reliquo, tanquam caput colúmve aſſecuti, internecionem minitabantur. Venit igitur Princeps ille. Non tam recepit ſibiipſi ditionem, quàm Deo reſtituere ſategit. præmoniti populi, vt peſtem librorum hæreſúq; exploderent, pauci peruicaces plexi, Arces conſtitutæ in primarijs Ciuitatibus, & præſidijs firmatæ vt populum in officio, cum opus eſſet continerent; Inſtituta Collegia, in quibus pietate cum diſciplinis, & ſtudijs literarum adoleſcentia excoleretur, auitam religionem Subalpinis illicò reſtituerũt, & ab alijs finitimis regionibus auerterunt. Idem autem in Sabaudia tota ſecutum eſt, vnde propagati fines, & recepta ſunt de Bernatibus oppida; quamuis circumquamque non ſolùm eſſent, verum etiam bella mouerent hęretici, nihilq; non agerent Geneuẽſes, & Delphinates, & ipſi quoque in viſceribus Subalpinis Salucij, ne ſibi in Italia ad hæreſes diſſeminãdas aditus præcluderetur. Sed & Deus, qui principes prę-lia Domini pugnantes, melioribus coronis ornat, filium illi dedit præter omnem ſpem, ex matura vxore: eum, qui nunc regnans, & Regio, atq; omniũ honorificentiſsimo vinculo cum Catholico Rege aſtrictus, ſuſcepit Auguſtam prolem, ex qua catholicè & ſanctè educta, ſperanda eſt acceſsio reliquæ Sabaudię ditionis, quã male partam Caluiniani adhuc contraius, Euangeliúmque, retinent. An ne igitur ſi mixtam colluuiem illam permiſiſſet Emmanuel Philibertus ſuo arbitratu viuere, nõ exundaſſet hæreſis in viſcera Italiæ, cuius ſane faciem nunc deformiorem haberemus, quàm quo tempo-

re Ariani, Gothi, Hunni, Vandali Europam, & Italiam ipſam deuaſtarunt?

Sed progrediamur in Gallias. Eodem tempore, quo Emmanuel iſta gerebat, ardebat bello Gallia, & cùm pacem quęſiuiſſent politici, ſtatusq; ille vix humanis alijs rationibus reſtitui poſſe videretur, dum contra quam Emmanuel fecerat, non ſolùm externa illa pax conſecuta eſt, ſed per eam quicumque tamquam ad Aſylum profugerãt Galli ab Catholica fide alieni redierunt in Patriam, ecquid cõcordiæ, quietiſve adepti ſumus? Tamquam enim ſolutæ cathenis, aut ex antris erumpentes feræ famelicæ, cum, venenũ Geneuæ combibiſſẽt, id vbique diffuderunt in Ciuitates, in Regias, in arces, & quo nõ? Vt verò, dum lethale tantum vulnus cordi eſſet inflictum, id viuere pergeret, ecquis fuerit tã excors, qui crederet? Reditum igitur ad arma. Stetit ergo Regi ſemper victoria. Tentatum iterum atque iterum idem genus pacis à prudentibus ſeculi, cum facillimo negotio, ſi perſtitum fuiſſet in ſẽtentia, vniuerſum Regnum dabat manus, & catholicum, ac Chriſtianiſsimum (vt antea) effici potuiſſet: reditum igitur iterum per fucatam pacem ad veras calamitates: quæ tamdiu perdurabunt, quamdiu Samaria non tolletur, vt vna Hieroſolyma, & veræ pacis viſio ſit. Confirmant verò hæc, quæ dicimus, alij rerum fœlices exitus, in ipſis Gallijs conſecuti. Nam Pariſienſes, Toloſani, ceteręq; primariæ Ciuitates, quæ mixtionem illam non admiſere, neque paci illi aſſenſerunt, ſteteruntq; integrę iusq; ſuum Eccleſia, Magiſtratus, Rex, in ijs retinuere. In quas autem inuecta eſt licentia hæretice

præ

prędicandi, aut tumultus ſtatim, & ſtrages, aut amiſſio ciuitatum ſecuta eſt. Lugdunum, & aliæ ciuitates id paſſæ, exemplo nobis ſunt: E quibus vbi exacti miniſtri hæreticorum, ſublataq; poteſtas eſt vnicuique, quo quiſque voluiſſet, modo viuendi, paucorũ pœna vniuerſis ſaluti fuit. Itaque & perſtant catholicæ, & vigent commercia, & pacatè ſic viuunt, vt tamquam fulcra molem adhuc tanti, & tam diuerberati ab internis factioſis, & ab externis hæreticis, Regni, ſuſtineant, ne omnino cõcidat. At & Auenionenſis Pontificia ditio, cum Aurantiũ, & alia oppida hæreant in centro, quæ maxima ex parte hęretica ſunt, circumquaq; autem plerumque obſideretur ab hęreticorum copiis, ſępiſsiméq; excurrerẽt iſti vſq; ad ciuitatum catholicarum aſpectum, quoniam ſeſe defendit, ſalutemq; potiorem habuit, quam aurum, quod fructuoſiſsime in bellum illud à Pontifice maximo tutandis ſubditis impenſum eſt, ſalutem, aurum, ciuitates & reliqua conſeruauit; quæ tamen omnia prudentes ſeculi ſuis fallaciſsimis conſilijs viderunt alibi nõ vno loco adempta, & vt reliqua demantur, ſubdole eadem conſilia ſerunt.

In Belgium reſpiciamus. Dũ omnia tentata fũt, euocatiq; inde Hiſpani, deceptiq; Epiſcopi ſunt, vt putarent tolerantia, vitam ſeſe poſſe viuere quietiorem, Regis Catholici ditio, religióq; catholica prorſus euerſa eſt. Reditũ igitur eſt ad arma; quare pax eo veriot obtigit, quo nulla ratione inflecti voluit Rex, vt quæ ſibi recuperabat, non in primis Deo recuperaret.

Quamobrem Antuerpia, Bruxellæ, Gandauum, Burgæ

Burgæ, insigniſimęq; aliæ ciuitates, quæ ante annum bienniumve, neſciebant Deum, atque huius loco Caluinum, & cetera monſtra adorabant, viuunt catholicè iam, fruuntur pace, ac tot animarũ myriades ſacramentis, Diuinoq; verbo, ſiue viuant, ſeu moriuntur, potitæ ſunt.

Bauaria item, de qua paulo poſt, dum vtriuſque ſpeciei in Euchariſtia vſum requirit, & obtinuit, feneſtra iam patefacta ad nequitiam, quam celabant in corde, cũ ſimulati catholici, hæreſes quaſque eſſent intromiſſuri, quoniam id ſedulo ab Alberto Duce ſublatum repente eſt, pacem habuit, & refrigerium ſenſit in medijs Germaniæ flammis.

Viennę Auſtrię, dum Opicius, & alij hęreſim tenendam vnà cum catholica religione (hoc eſt hãc per hæreſim tandem explodendam) conſulebant, tragœdias miras excitarunt: Sed eiecto Opicio, ſublataque facultate prædicandi aliam quàm Catholicam religionem, & ad hanc redierunt ciues, & ad Cęſarem ſua redijt ciuitas, quę certe iam alioquin è manibus fuiſſet lapſa. Tamdiu videlicet Regnis & Repub. permanentibus, quamdiu religio, & iuſtitia inuicem ſeſe oſculantur, & durant.

At nequis ignoret, quo actu totum hoc negotiũ agant hæretici, mundanive politici, extat liber de iuſta hæreticorum punitione, editus ab Alphonſo de Caſtro, Theologo Hiſpano; quem ſi legerint Principes, & Magiſtratus, ſummum fuerit operæ pretium, atq; aduerſus technas iſtas præcautio: præterquam, quod mirum eſt, hæreticos immaniſsimis quibus ſupplicijs afficere ſolitos eſſe qualemcumque audientem de catholica religione hiſcere, ſacrum

crumve facere; ac tamen velle repoſcere omnem erga ſeſe immunitatem, cum omnia permiſceant, & hæreſes ſexcenties damnatas excitarint ab inferis. Num verò Geneuæ Catholicum aliquem eſſe patiuntur? Num ſi quis inde ad Sacramenta à Catholicis ſumenda in proximam viciniam exit, non proſcribitur, & plectitur? Num idem in Saxonia, cæterisq; Regnis non fit? An ne perſecutiones, & diritates maiores exercuere Nerones, Caligulæ, Domitiani, & reliquæ illæ infernales faces aduerſus Chriſtianos martyres, quàm quas Angli in Anglia contra innocentiſsimos, quoniam Chriſtianam, catholicámq; fidem tenebant, nouiſsimè his annis ediderunt? Et verò bonus iſte vir ecquod in Gallijs patratum facinus in hoc genere non vidit aut adeo ipſe non patrauit? aut qualem nam ipſi facultatem hęretici conceſſere ciuitatibus ijs catholicis, quas proditione ac rebellione acceptas, adhuc captiuas retinent, ſpoliatas aris, virginitatis clauſtris, Patrum teſtimoniis, Sãctorum exemplis, legitimo verbo diuino, & Sacerdotibus. Et hi videlicet Reſpub. & Regna ſuis theorematibus inſtaurabunt? Sed quod ſubdit, Heluetios, & Germanos ita commixtos, viuere pacatè, fucum imperitis facit. Quinque enim Heluetiorum pagi, qui catholici ſunt, cum iam ante aliquot annos pro catholica religione pugnaſſent, atq; victores, interẽpto Zuinglio, euaſiſſẽt, coëgere iuſtiſsimo bello reliquos Heluetiorum pagos, ne ad ſeſe vmquam miniſtros aliosve, qui hæreſes ſpargerent, immitterent. Id quod ſumma diligentia ſeruari curant. Quin etiã quo magis ab eorum contagio ſint immunes,

munes,instituerunt duo Collegia Societatis Iesu, Lucernæ alterum,Friburgi alterum: Itaque & illud tam sapientis politici mendacium apparet. In Germania verò quid fiat,vel ignorat, vel fraude, quod nouit,tegit. Germania enim vbi in varias hæreses diuisa est, & suã quæque ciuitas domusq; hæresim retinet ita mordicus, vt Saxo Caluinianos exegerit,ferroq; mulctauerit: Casimirus Lutheranos non ita pridem ex Rhenano tractu eiecerit:Reliqui inter sese acerbissimè digladientur: Hussitæ,Picardi,Anabaptistæ,Smicdeliani,Suëcfeldiani,Ariani,Samosateni,& reliqua fex. At cõtra in Bauaria inferiore,& superiore, in Comitatu Tirolensi,in quibusdam Episcopatibus (vti nunc in Herbipolensi)quoniam vnum labium est,atque vna fides,vestigia antiquæ pietatis omnia vigent adhuc,& Principibus obeditur alacrius,ac, quod caput est,conscientiæ ipsæ pacem illam retinent, quam mũdus vt dare,ita adimere non potest,quãdiu in cordibus integra seruatur. Sed ad alterum theorema veniamus.

De Theoremate altero Nuæ.

Vtrum expediat ad Gallicas res componendas, vniuersale liberum,au saltem nationale concilium Ecclesiæ Gallicanæ indicere,an certè colloquium alterum de religione instituere.

CAVTIO.

ALterum Theorema,in quo cum alijs eiusdem farinæ multus est politicus iste, pertinet ad ineundã rationẽ,qua tot de fide lites dirimãtur.Ea ratio est,vt Synodus, aut conuentus generalis,vel certe

certe Gallicanæ Eccleſiæ habeatur, in quo vnicuique liberum ſit ſuffragium: credendum enim eſſe opinantur, Spiritum ſanctum haud minus afflare proteſtantes, quàm catholicos.

Eſto igitur, ineatur eiuſmodi deliberatio. At vt ad effectum perducatur, quemnam putat modum adhibendum? Si ad normam iudiciorum ciuilium: repudiabitur, quoniam humana (inquiunt) hæc ſunt. Si vt Pontifex & Epiſcopi præſint, explodetur. Si vt aduerſarij ipſi iudices ſint; inauditum eſt à ſeculo. Quis enim reum, aut partem iudicem ſtatuat? Si vt omnes ſimul coëant, feratq; quiſque nullo certo præſide, ac iudice ſententiam, plurima ſequentur incommoda. Si verbum Dei iudex adſciſcatur, vnuſquiſque abundabit in ſuo ſenſu; idq; Dei verbum ſibi eſſe perſuadebit, quod præiudicio ſuo, *vel hauſtis* ex aliqua hęreticorũ ſecta principijs, ſanxit eſſe verum. Si adhibeantur Patres interpretes: homines (inquient) erant, & errare potuerunt. Si quis produxerit in medium, Auguſtanam confeſsionem, Lutheri opera, Caluini inſtitutionem, & aliorum auctorum libros, vnde verbi diuini petatur expoſitio; & hos fuiſſe homines, nõ deerunt, qui reſpondeant: præterquam quòd inter ſeſe ſic pugnant, vt alter alterum hæreſeos arguat, & damnet: & denique ſępe vnuſquiſque eorum eadem inter dixit pugnantiſsima. Nec confeſsio Auguſtana eſt vna, & eadem: vt mittam, ex verbo Dei, ab Eccleſia antiquiſsima, quamquam ipſimet aduerſarij veram fuiſſe non inficiantur, eorum errores tãquam hæreſes anathemate fuiſſe confoſſos. Iam verò ſi Eccleſiæ tamquã vnico Chriſti tribunali

Digitized by Google

nali sistendum fuerit, hanc singuli vel apud suos esse, vel inuisibilem plerique omnes dicent: atque ideo, quam tu consulas cuius non appareat facies, vel tribunal? Quę cùm ita sint, quæro, seriò ne id, ac veritatis excutiendæ studio proponat istiusmodi hominum politicorũ genus. Si annuant, tum ego, vt omnes ambages præcidãtur, breuissimè possũ respondere: Nempe, rationem esse ineũdam, quam in hac ipsa re, sapientissimi, & antiquissimi omnes, quiq; sanguine ipso veritatis testimonium cõsignarunt, ineundam censuerunt. Extat porro in Apostolorũ actis, hoc est in verbo Dei, expressum eiusdem rei vestigium, siue potius exemplar. Et vt veteris testamenti formam huiusmodi quæstionũ per summum Sacerdotem finiendarum missam faciam, nascentis Ecclesiæ controuersia, quæ orta fuerat, Num Mosis legalia cum Euangelio Christi Iesu iungenda essent, cum sublata subito fuisset, modum nobis reliquit, quo cetera istiusmodi cõplanarentur. Quinam ergo tum adhibiti sunt iudices? Num ipsa Biblia tantummodo in medio posita? At muta erant, vt sunt. Num aliquibus præcipua erat à Domino iniũcta cura, vt vel inde veritatem eruerent, vel adspirante Spiritu sancto, docerentur omnem veritatem? Videlicet, aliquibus, hoc est, Apostolis. Quid? Ad Apostolos ne aliqui alij, vt simul essent iudices, & ad eundem cœtum adsciti sunt, vel Christi discipuli, siue item eorum aliqui, per quos de legalibus orta erat controuersia? neminem legimus. Apostolorum enim quibus Episcopi succedere, proprium illud fuisse iudicium constat. An verò forsan magistratum adiere politicum

ticum Apoſtoli, vt vel facultatem cogendi concilij, vel magiſtratus interuentu auctoritatem ei negocio conquirerent? Neque hoc apparet. Sed Synagoga nondum ſepulta prorſus fuerat. Quid igitur? Ex ea ne aliqui aſſeſſores eidem iudicio ſunt accerſiti? Non fuere. Scilicet quoniam Cæſaris loco Pilatus *Iudæam* adminiſtrabat, aliquid erat Cęſari *deferendum*, vt ſynodus illarite haberetur? Non *eſt factum*: Nec Cæſar, neque Pilatus erant *Chriſtiani*. Quid ſi fuiſſent Chriſtiani? Si Chriſtiani *fuiſſent*, *ijs*, quos Chriſtus Eccleſiæ iudices *delegerat*, in ſalutis negocio parere, non præeſſe *debuiſſent*. At non amplius habemus Apoſtolos: quam tu nunc (dicent) actionis viam inſtitues? Niſi habemus Apoſtolos, Apoſtolicum non amiſimus exemplum: *Apoſtolis* ſucceſſere qui Eccleſiam regerent, ac *huiuſmodi* quæſtiones, quæ nunc iterum *excitatæ* ſunt, ſoluerunt. Viuit autem idem *ſpiritus*, & vſque ad conſummationem ſeculi eo*dem* in Eccleſiæ culmine viuet, qui regebat Apoſtolos. Ad illud igitur Hieroſolymitanæ Synodi exemplar prouoco, ſi verbum Dei ſpectandum ſit, vt eſt maxime ſpectandum. Nec video, quantuſcumque habeatur conuentus, ſi careat auctoritate, forma, legitimis iudicibus, ſpiritu Dei, vt ſolidi aliquid vmquam vſpiam conſtitui poſsit. Hic, credo, *vrgebunt*. Noſtri ſunt Apoſtoli; noſtri ſunt Euan*gelici*; Dei codicem & verbum habemus. Quid *igitur* obſtat, cur talium vera nõ ſit auctoritas, forma, *iudicium*, ſpiritus, ac propterea ſolidiſsimum in re *fidei* aliquid inde ſtatuatur: Audio. Et quærere poſsim, *cur* igitur inter iſtos veſtros (ſi Deo

placet) Apoſtolos,& Euangelicos numquam cõuenit? Sed poſterius iſta. Iam ergo quem nam tribuent Catholicis in ſynodo locum? Si nullum, quorſum par omnium,ac liberum eſſe volebant ſuffragium? ſi aliquem, voluntne eos eſſe iudices? Non prorſus,inquient; nam & idẽ vt reliqui poſſint,oportet. Saltem igitur pares fecerint. Quod cum vtique annuent,numquam ſane inuenient parem antiquitus vlli ſectæ delatam eſſe cum Catholicis auctoritatem in iudicando. Si enim verbum Dei attenderis,id,quod protulimus, aduerſatur. ſin cetera exempla petantur, nulla in Chriſti Eccleſia extant. Idem dixero de forma,quę vbi inaliquibus hæreticorum conciliabulis viſa fuiſſe videbatur,ilico tamquam perſonatus aliquis hiſtrio, euanuit. Multo magis idem afferam de Spiritu Dei qui calidum efflare,ac frigidum,amarum emittere ac dulce ex eodem foramine non ſolet. Verum faciamus hæc omnia(quæ tamen portenta ſunt(eſſe poſsint,ac veniamus ad rem. Eandem ne quoque Caluinianis,quam Lutheranis poteſtatem in iſto, quẽ cupiunt,conuentu tribuent? Quidni,inquiẽt? Nam & ipſi Chriſtiani ſunt,aiunt,& eorum cauſſa agitur,cum de communi ſalute agitur. Eſto. At ſi qui alij ſectarij fuerint,qui iſtas rationes afferant, puta nomen Chriſtianum,& communem cauſſam num iſtos explodendos exiſtimauerint? Si verbum Dei admiſerint,inquient,adſint neceſſe eſt. Et adſint,inquam,vt præſint? Vt præſint & iſti,aient. Igitur & omnes Confeſsioniſtarũ,ſeu Proteſtãtium omnes Caluinianorum,& Zuingluianorum, omnes Anabaptiſtarum,omnes Picardorum, omnes

Aria

Arianorum, omnes Puritanorum, ac breui, qualiũcumque denique fuerint greges interſint, ac, quod caput eſt, vt præſint, atque eãdem æque auctoritatem habeant, *opus* erit. At hoſce, dicent, nolumus omnes: Anabaptiſtas enim, & Libertinos, atque Arianos, Caluiniani, & Lutherani non admittunt, licet idem in pleriſque ſentiant, & ex his ij propagati ſint. Quid ergo? inquient illi. An non Chriſtiani ſumus vt vos? nonne cauſa hæc omnium cõmunis eſt? Aliud ne quàm Dei verbum profitemur? an prædicamus? Quin etiam, ſi vos Lutherani purum Dei verbum, purius autem Caluiniani, puriſsimum reliqui & Anabaptiſtæ iactatis; nos tamen, inquient Trinitarij & Ariani, atque de antiquiſsima Ebionitarum ſtirpe prognati, Quintã ipſam eſſentiam verbi ipſius diuini expreſsimus, & hauſimus. Porro addent, plures ſumus nos vel Caluiniani, quàm vos Lutherani, vel Picardi, Anabaptiſtæ, Puritani, Ariani, & cęteri Euangelici, quã Caluiniani. plurimos enĩ in Vngaria, & inter Turcas habẽmus, qui idẽ credũt, quod nos; vt tãto maior nobis habẽda ſit fides, & deferenda auctoritas, quã vobis. Quid igitur iſte veſter ad hęc? Opinor, dicet, grauior iſta, quàm putarã, prouincia eſt, nec tam ab humano ingenio, quàm à diuina Sapientia texenda, & ſuſtinẽda. Et ita ſane eſt. Addo, ſi cõueniendũ ſit omnibus, quam tu iudicij, aut ſuffragiorũ partem catholicis tribues? Nã ſi pro eorũ multitudine penſãda hæc ſit, cumplures catholici ſint populi, qui vnius labij fideique ſunt, quã quiſque aduerſariorũ grex; æquum videtur eſſe, vt præualeant in *iudicio* qui cum plures fuerint, idem quo

que ſenſerint. Et vero triginta teſtibus inter ſeſe conſentientibus maiorem fidē nemo non adhibuerit, quàm centum inter ſeſe diſſentientibus. Sin quoniam plures ſectæ ſunt, quarum ſibi Eccleſiam quæq; vendicat (vna autem interea catholicorum omnium Eccleſia eſt) aliqui tantum eodem numero euocandi ex vnaquaque fuerint, qui verbi Dei ſenſa exponant, & rei finiendæ præſint; catholicis ſane fiet iniuria: Rationem enim habendam eſſe aut maioris partis, quæ de religione conſentiat, vel plurium Epiſcoporū, qui vere Epiſcopi ſint, quos eſſe legitimos iudices, & Apoſtolorum ſucceſſores, plerique item hæreticorum improbare non ſunt auſi. Nam & inde ſeſe Lutherus, & ſectarij aliquot legitimos fuiſſe miſſos garriebant, quòd antequam ab Eccleſia diſcederent, benedictionem, ac manuum impoſitionem ab Epiſcopis catholicis accepiſſent. Quòd ſi in eo, quem cogitant, conuētu non fuerit omnium Epiſcoporum habenda ratio, dolebunt egregie; ac qui ſibi intelligunt reddendam eſſe Deo rationem ouium ſuarum, iniuria ſe recuſatos aſſerēt, aut vices ſuas alijs Epiſcopis tradidiſſe moleſtiſsime ferent, vt quidquid deníque fuerit decretum, in dubiū reuocent. Præterea, ſi qua de illorum ſucceſsione dubitatio exiſtit, prouocabunt ad omnes omnium populorum catholicos Epiſcopos, cum quibus in eadem doctrina conſentiunt; ac dicent, ſeſe non tam ſuam, quàm illorum, quàm populorum, qui catholici deceſſere, quàm Regum, quàm Imperatorum, & Pontificum, qui eadem fide cenſebantur, cauſſam agi, quę iniquo tribunali, ac prorſus aduerſario ſubij ciēda

non

nõ sit. Atqui si detur hoc(quod isti denique negocio in rem collato,fatentur nullatenus esse concedendum)quid Græcis facient,qui primas partes in Ecclesia Dei sibi ante aliquot secula vendicant? qui,inquam,sese œcumenicos Patriarchas,& iudices orbis Christiani adhuc scribunt? Quid item Ruthenis,& Moscis,qui sese solos veros esse Christianos putant?Quid Moldauis, Dacis, seu Valachis;quid Mysiis,ac Macedonibus, seu Seruianis; qui pene omnes licet aliquot rebus differãt a Græcis,ab illorum tamen Patriarchis vel pendent,vel *Ecclesiæ* suæ agnoscunt originem?& cum agnoscant originem,Verbum Dei admittũt,& inde laudes,hymnos,homilias,sacra depromunt?Iam ergo hoc esse difficilius fatebuntur.Quin(inquam)id ipsum tamquã *validioribus* argumentis vrgebunt, quòd ad *sese* protestãtes dogmatum suorum pro*fessionem* examinandam miserint,rati illi quidẽ, *ob* Græcorum erga Catholicos inuidiã,aliquid se extorturos,vnde mundo fucum facerent; sed iustissimo Dei iudicio decepti, in quorum nomina, & astum iacula illa reciderint. Itaque nouus iste in Ecclesia non militante Miles, aut serio pacem in Ecclesia Dei cupit, & eius, qui vult omnes saluos fieri,sequendam esse voluntatem haud semel orbi Christiano monstratam putat; vel si dixerit, *inter* istos,qui in Germania,vicinisq;Regnis inter sese dissident, satis nunc esse,vt res componatur, *postea* vero reliqua esse tentanda,subibit res noua *pericula*,cum ventum fuerit ad Græcos,qui & legitimam, & vniuersalem negabunt fuisse Synodum,ad *quam* saltem inuitati non fuerint(id quod

Patriarcha Constantinopolitan⁹.

Patriarcha Alexandrinus.

Catholici ſemper curarunt, quidquid ipſi aliquoties recuſauerint) ac nos erraſſe dicent, Verbumque Dei, & ſententias Patrum detorqueri clamabunt, qui id ipſum adhuc peruicaci pertinacia dicant, quoniam Spiritum ſanctum à Patre, ac Filio procedere confitemur. Num vero, quoniam de hoc cum Catholicis Proteſtantes & Caluiniani conſentiunt, dant manus Græci? aut licet tam ſæpe dederint, qui generalibus Concilijs adhibiti fidem catholicam Romanam chirographo & voce comprobarunt, num non reſiluerunt? num minus quàm antea, ſicut antiquiſsimi hæretici, poſtquam conuicti fuerant, vel ſeſe ad Eccleſiam rediiſſe ſimularant, verbi Dei deprauatores nos eſſe, non autumant? Hic igitur videt iſte noſter, in quot tricas cõiicimur, ſi eius ſequi conſilium in generali libera Synodo cogenda, velimus. At maiora adhuc exiſtent incommoda. Aut enim vult, omnes, quos diximus, qui Chriſtiani dicantur, iſti cœtui, tanquam vniuerſali, & extremo iudicio intereſſe: aut aliquos deligi, qui vicem omnium referant. Sed primum numquam effici poterit. Ecquis enim eos caperet locus? Ecquis aleret? Ecquæ claſſes vniuerſis traiiciendis ſatis eſſent? Quoniam in ſtatu Regna conſiſterent, dum hæc fierent? Idem dico de Imperio, de Rebuſpub. & alijs Principum adminiſtrationibus. Quòd ſi alterum fiat, & (vti in comitijs fit) deligantur aliqui, qui nomine omnium cauſam iſtam agant, putátne Miles defuturos, qui vbi ad ſuos redierint, illis exprobrent, eorum culpa factum, vt decernerentur, quæ decernenda non eſſent; deceptos, inquam, fuiſſe, & oſcitan

citanter diuinum Verbum esse tutatos ? Atqui nihil adhuc dictum est (quod tamen erat dicendum) de Aetiopum, & Armeniæ regnis amplissimis, de Maronitis, de Nestorianis, de Georgianis, de Christianis *S.* Thomæ, déque alijs, qui eodem Christi nomine ab Apostolorum tempore nuncupantur. *Hos* enim si euocari volueris, vides quàm longa fiet tantæ rei compositio: Sin omiseris; eædem, quas de Græcis attulimus, difficultates recurrent: ac quidem multo maiores. Sin rursus aliquos tamen euocandos dixeris, duram, & diuturnam subibis prouinciam. Nam & linguarum varietas, & scientiarum ignoratio, sexcenta parient incommoda: Biblia verò, ac cętera, vnde ad quandam religionis speciem fuêre informati, primo erunt excutienda, ne tanquam ex cænosis fontibus (vti fuêre ab eorum hæresiarchis antiquitus deprauata) turbida hauriatur aqua. Sic verò ante *sexennium* fieri apud Syros in monte Libano opportuit, cum ijs Episcopis, qui Synodum coëgêre, ac deinde Tridentinam, cęteris antiquissimis conformem non potuerunt non agnoscere. Accedit, quòd si ab conuentu isto mulieres arcueris, impotentia illa muliebri clamabunt, sibi iniustissime suffragia eripi: suam enim isthic quoque causam agi, quæ eodem baptismate tinctæ sint, & ijsdem gratiæ donis ornatæ; cumque omnes laici propterea (vt eas docuit Lutherus (sint reges, cur *illas* ab alijs secreueris ? Si vrgeas, mulieribus in *Ecclesia* esse tacendum, vti iubet Apostolus, non erit *impiger* Satanas, qui eas doceat, id tum expediuisse, quo tempore superstites erant, & præ

erant Apoſtoli: quum tamen & tunc non defuerint Virgines, quæ prophetarent: Verum vbi iam Dei verbum omnibus innotuit, atque omnes ſunt docti a Deo, ſi non eſſe debebat diſtinctio Græci & Iudæi, Barbari ac Scithæ, ne debere quidem eſſe maſculi aut fœminæ. Quare ecquid, obſecro, in iſta tanta ſuorum licentia putabit effici poſſe? Romanæ quondam matronæ conſternatæ procurrerunt in publicum, ac tamquam feræ beſtiæ irritatæ, deinde emiſſæ, vniuerſam vrbem ac Senatum commouerunt, vt lex Oppia abrogaretur. Ea pertinebat ad cohibendum luxuriam, & faſtum muliebrem. Coactus Cato orationem habuit, ac dixit: Si in ſuas quiſque noſtrum matresfamilias, Quirites, ius & maieſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum vniuerſis fœminis negocij, habemus. Nunc domi victa libertas noſtra impotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur, & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non potuimus, vniuerſas horremus. Equidem fabulam, & fictam rem ducebam eſſe, virorum omne genus in aliqua inſula coniuratione muliebri a ſtirpe ſublatum eſſe. Ab nullo genere non ſummum periculum eſt, ſi cœtus, & concilia, & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Hæc ille. Ac tamen cum rationes alias efficaciſsimas tantus ille vir attuliſſet, quibus deformitatem, quæ in magiſtratum præcipue cadebat, pudorémque exæquatione mulierum cum viris obiecerat, non potuit tamen euincere: Illæ vero tempore procedente maiora ſumptibus ſuis tributa maritis impoſuerunt, quàm a Romanis fuerant populis ijs, quos deuicerant, impoſita:

Liu. li. 4. dec. 4.

posita: Vt si deterreri damno, ac dimoueri a proposito haud honesto tanta cohortatione nequiuerint, certe quæ in negocio isto, quo de agimus, religionis, & salutis æternæ species seditioni prætendetur muliebri, multo magis acuet illarum animos, nec nisi rem affecutæ conquiescent. Neque vero Lutherani, & Caluiniani Mystæ, aut reliqui soliti sunt tantum sibi in eas retinere auctoritatis, vt quacumque illarum illecebra non facillime flectantur. Scimus enim præter alia huiusmodi innumera, non defuisse mercatorum & nobilium mulieres, quæ in suis hospitijs è suggestu statis diebus Euangelium familiæ, multisque alijs viris interpretari solitæ fuerant, panem item Caluiniano more loco Christi ipsæmet porrigentes. Ac quid dico docuerint, & porrexerint, cum non desit, quæ caput Ecclesiæ, ac defensorem fidei se vocitet prophana mulier, ac leges de religione statuat, & Sion, vt inquit Propheta, in sanguine ædificet? Quamobrem si eam cum ipsius Regno noster iste Miles submouerit a suffragio ferendo, quantam credis facem illaturam in conuentum, quem meditatur? Mitto, quòd exemplum habet muliebris iste sexus earum, quæ olim apud Barbaros sacris operabantur: sicque vbi licentiæ porta pandetur, iam ipso animo, ni sibi mentiri velit, prospicit torrentem difficultatum erupturum. Sed cetera discutiamus: Idque constituamus in primis (quod postea planius fiet) sapientissimam Dei prouidentiam, quæ factis plus quàm verbis loquitur, voluisse varijs quidem experimentis, nullo autem rerum successu Protestantibus ostende-

re, quidquid in hac re attentarunt, diuinum haud fuisse consilium: Alioquin enim dissolutum non fuisset. Deinde demus aliquem omnino necessarium esse, qui Synodum indicat, qui præsit, qui procedentibus, in in finitũ quæstionibus, modum faciat; qui approbet, qui Synodi decreta promulget per vniuersum orbem; qui eadem denique executioni mandari curet: siue is sit tota Synodus, siue quispiam ab ipsa declaratus, qui præemineat cęteris, seu siquid aliud vnquam Christianorum mentibus illuxit, quo in eiusmodi aliquem facultas ab hominibus, vel à Deo transfusam fuisse constet. Ac ne putet, à me obtrudi Pontificem maximum (quem tamen Synodi, Imperatores, Reges, Respublicæ, populi, in re fidei primas à Christo Dei filio, confessi sunt obtinuisse) faceſſat nunc Pontifex Maximus, atque adeo Ecclesia catholica Romana. Iam quæro, quis nam iste fuerit. Si Cæsarem dixero, id iste cùm suis negabit: Catholicus enim cùm sit videt quo nam res euaderet: cùm tamen si prætensam Angliæ reginam caput Ecclesiæ hæretici illius Insulæ putidissimo mendacio asserant, probabiliore prætextu Germani eum possent obtendere. At si adhuc vrsero, cur istum nolint admittere præsidem in finienda religionis causſa, dicent, quæ ad Theologiam spectant, Principes Catholicos non eò percepisse, vt de dogmatibus possint decernere; quamquam si eò percepissent, non inde tamẽ efficeretur, vt eiusmodi iudicium ad illos esset deferendum. Euangelium porro scimus seculari potestati in fidei negotio

gotio decernendo nihil tribuere. Exempla item meliorum Imperatorum deeſſe, quibus inniti poſſint. Nec (vt aliqui vellent poſſe) cęteros Reges, ac principes eorum imperijs morem geſturos: quę ſi qui non detrectarent, aut non detrectant, non fidei, ſed terrenæ poteſtatis cauſſa id fieri. Eorum enim, vti terrenorum aliorum Principum, finem eſſe, vt contineant ſubditos in pace temporali, per quam à ſpirituali altera poteſtate, ad alteram illam ſublimiorem, & ſtabiliorem pacem adducantur. Quamobrem iſthinc nihil aſſequimur. Quod ſi, quemadmodum Centuriatoribus Magdeburgenſibus placuit, per conſociationem Eccleſiarum multarum, quæ ſeſe inuicem iuuent, ſermonéque ac litteris per internuncios commeante, id effici poſſe putauerint, per me hoc *licet* tentetur. Sed videbunt exitum. Neque enim vmquam ad retinendam vnitatem *concilium* ſatis fuit, niſi præceptum, & ſolida *alicuius* auctoritas acceſſerit: Ariminenſe conciliabulum id declarauit, in quo ingemuit Chriſtianus orbis, miratus, ſe magna ex parte eſſe Arianum, quòd ab Arianis in eo deceptus fuiſſet. Erat quippe caput, quo ex capite vis in Concilia legitima ſemper defluxit. Ac noſtro hoc ſeculo cum Proteſtantes egperi plus nimio ſint, hac via rem non ſuccedere, ſi verbis Magdeburgenſes negent, fateactur neceſſe eſt ipſo rerum euentu commenti ſui futilitatem. Inuitati autem ſunt plerumque a catholicis per litteras ipſi Proteſtantes, vt ad *iſtam* Eccleſiarum conſociationem veniretur, *cum* Tridentina Synodus eſſet habenda; cui

Magdeb. cen. 1. li. 2. ſent. 7. col. 127.

cui Catholici omnes Principes per Legatos, & Theologos ſuos intererant. Recuſarunt. Ad Electores Imperij, qui eos rogarent, miſsi. Repulſam paſsi ſunt. Reliqui vitæ ſuæ (ſed verius cauſſæ) metuebant. Fides publica, eáque ampliſsima interpoſita eſt, quanta numquam ab orbe condito in eiuſmodi negocio fuit. Nihil effectum. Contra, Sectarij ſuos quiſque indixere conuentus: reliquos item ex ſeſe prognatos non admiſerunt. & dum oua ſua quiſque fouit, ilico vidimus ſerpentes erectis criſtis inter ſeſe concertantes excluſos. An vero iſti nouitij conſiliarij Catholicos vmquam inuitarnut, vt ſaltem ad ſeſe irent, vnáque cum illis pari poteſtate de religione decernerent? Ignotum. Quid dico, vt ſuffragium ferrent, quibus neque vt intereſſent, permiſſum eſt? Et mirum illud eſt enim (quod ſæpe dicendum iſtis eſſet) cum libertatem illam ſuæ conſcientiæ vbíque apud alios velint, eandem apud ſe in hac quoque re tanta nemini Catholicorum eſſe pati. Quin etiam cum noſtri ab ijs commeatus liberi litteras perijſſent, ac quacúnque ratione opus eſſet, paratos eſſe ſeſe catholicæ fidei veritatẽ tueri pacatiſsime exhibuiſſent, carnifices & equulei parati fuere: cũque eos in ſuas ſectas terrore, ac minis pertrahere nequiuiſſent, in partes horrendo ſpectaculo diſciderũt, ac volatilibus membra eorum, tamquam eſcam proiecere, præclaro illo (ſi Deo placet) ac modeſtiſsimo pacis, quam noui è cælo cadentes Catones in mundum intulerant, Euangelio. Id in Anglia plurimis, etiam nouiſsime. Id in Belgio, non ita pridem: id paucos

cos ante annos in Gallijs: id in Germania initio factum: ac factum quidem, cum nulladum pro aliquibus eorum sectis vllo in publico, & legitimo conuentu vocatis rite Catholicis aduersus nos quidquam fuisset adiudicatum. Nam si Catholici lupos ab ouili arcent, id faciunt, quòd generalibus *Synodis*, omnibúsque præmonitis, ac præsentibus *Legatis* Christianorum Principum, hæreses istæ ex Dei verbo, & Ecclesiæ consensu, cuius *Spiritus* sanctus doctor est, sexcenties damnatæ sunt, & anathemate confossæ. Ac certe nemo est, quin sua in administratione absurdum esse arbitretur, legitimæ & auitæ possessionis formulam non habenti, quidquam iudicandum relinquere. Quã si hæretici habuissent, quid primò simulatione, deinde ferro, mox sacrilegijs, & incẽdijs, denique violenta ciuitatũ, & regnorum vsurpatione fuerat op⁹? Fortasse igitur dicet is, quicum rẽ habemus. Mittam⁹ reliquas sectas: sit inter Catholicos, & Caluinianos negotium. Hic nolo disquirere, id ne ex animo dicat: Sic enim Husitæ, cum sese in angustum redactos cerenerent, Catholicis quadantenus adhærere cupiuerunt, non vt adhærerent, sed vt aliqua ratione tantisper consisterent, dum Catholicos ei; cerent, aut sibi subijcerent. Sic Antuerpiæ, vt Lutherani soli hæreses suas spargerent, Catholicos hortati sunt, vt simul Caluinianos expellerent. Sic Saxonicarum in Transyluania ciuitatum, vt ne a Caluinianis ijsdem atque ab Arianis opprimerentur, vnitatis studium cum Catholicis ad eundem finem obtenderunt. *Sed addit*: vbi inter nos conuenerimus,

Luthe

Lutheranos vocabimus, qui ſi acceſſerint, atque ſeſe nobis adiunxerint, reliquæ ſectæ facilius in vnam & eandem ſententiam concedent. Accipio. At ſodes, ſi, hoc tentato, Catholici tamen, ac Caluiniani cõuenire de omnibus nequeant, qui nam finitores erunt cauſſæ? Ad verbum ipſum Dei rebibit, opinor. Atqui & ego ad Dei factum, quod initio attuli ex verbo Dei, ad legitimam nempe Synodum, cui præſint non qui ſeſe iudices faciunt, ſed quibus à Deo, & ab Eccleſia perpetuam conſtat fuiſſe auctoritatem. Quid vero, inquam, ſi neutra pars aliorum interpretationi aſſẽtire voluerit? Aſſentiet, velit, nolit, aiet. Verbum enim Dei gladius acutus eſt, pertingens vſque ad interiora velaminis, diſcretor cogitationum, & lucerna pedibus hominum. Id optime. Verum ijs, quorum cordi velamen ſuperbiæ, ac prauitatis non eſt impoſitum. Alioquin & Iudæi, qui diuina Biblia a pueris perdiſcunt; & hæretici per tot Synodos conuicti, cur percuſsi eò maiore cæcitate ſunt, quò illuſtriore veritate percelebantur? Nimirum ægris oculis odioſa lux; & quod de Fauſto Manichæo optime dixit D. Auguſtinus, ad reliquos qualeſcúnque hæreticos pertinet. Dixit Fauſtus, ſe omnem Moyſis ſcripturam ſcrutatum, nullas ibi de Chriſto prophetias inueniſſe: cui cito reſpondeo (ait Auguſt.) quia non intelligit. Et, ſi cut non intelligat, quiſpiam quæſierit; reſpondebo, quia inimico, quia auerſo animo legit: quia non ideo ſcrutatur; vt ſciat, ſed quod neſcit, ſcire ſe putat. hæc præſumptio tumidæ arrogantiæ, oculum cordis vel claudit, vt omnino non videat; vel diſtor

Aug. de fide cõt. Manich. c. 38 & cõt. Fauſtum lib. 16. c. 14

ſtorquet, vt peruerſe videat,& aliud pro alio probet, aut improbet. Hæc peritiſsimus ille Pater, qui notat hæreticorum aſtutias,& cæcitatem. Præterea eſto, quod dicit. Verbum Dei ad conpoſitionem Catholicos cum Caluinianis compulſurum: Sed vbi nam vmquam id contigiſſe oſtendet? Quid dico Catholicos? Proteſtantes ipſos cum Caluinianis, aut cum reliquis, quos ex ſeſe ortos, degeneraſſe dicunt: Amplius dico, Proteſtantes inter ſeſe. Quòd ſi neque iſti in rebus ſummi momenti conſentiunt, ad quem ibimus, vnde ſolidæ concordiæ ſpes ſit? Quæ tota res, vt liquidiſsime pateat, neque vero Catholici Principes ſeducantur, quibus à politicis nomine, re vero ipſa non Chriſtianis, impoſturæ iſtæ obtruduntur; altius repetendum eſt, vnde hoc ſeculo ortum habuit prouocatio ad Concilium: quidve deliberatum ſit ab hæreticis poſtquam indictum fuit: quid deinde ab ijs ſcriptum, cum abſolutum eſt: quid denique factum ſiue à Catholicis, ſiue ab hæreticis, vt, quæ inter iſtos controuerſiæ oriebantur, componerentur. Lutherus igitur, vt pedem aduerſus Eccleſiam figeret, ad liberum (vti aiebat) ad Chriſtianum, ad legitimum, ad congregatum in Spiritu ſancto Concilium, vnà cum ſuis eccleſiis prouocauit initio. Indicitur Concilium Tridentinum. mox nebulo non tam ſententiam mutat, quàm prodit, quod coquebat in animo. Ilico enim non ſolum improbat Concilium illud, verum etiam omnes Synodos, quotcumque omnibus fuere ſeculis, reprehendit. Hieroſolymitano, cui Apoſtoli interfuerunt, Spiritum

ſan

ſanctum adeſſe negat. Nicæni primi Concilij articulos vocat fœnum, ſtramen, ligna, ſtipulas: Hęc eadem in ſecũdo, tertio, quarto agnoſcit. Reliquis autem poteſtatem nullam concedi decidendi, quæ decernenda, ſtatuendáque ſunt. Et quid opus eſt verbis (inquit) etiam ſi omnium Synodorum decreta poſſẽt per infundibulum demitti in tuum corpus: tamen nondum eſſes Chriſtianus. Cernitis, qui Lutherani eſtis, quænam peſtis ſimpliciſsimam, ac nobiliſsimam prouinciam infecerit?

At Melanchthon cum cauſas enumerat, cur Lutherani non acceſſerint ad Concilium, duas in legitimo Concilio conditiones requirit. Priorem, vt omnes homines docti, ſiue Sacerdotes, ſiue laici ſint, ius ſuffragij, etiam deciſiui, habeant. At dictum eſt ſupra, quot incomoda inde ſequerentur: præterquàm quòd maior quæſtio eſſet, qui nam, & cur habẽdi eſſent docti, quos eiuſmodi vellet. Secundam, vt fides publica detur a Cæſare nõ ſolum perſonis, ſed cauſſæ: nempe ne non modo hæreticus puniri queat, qui Synodo non pareat, verum neque dogmata quantumuis hæretica dãnari poſsint, licet Theologi Lutherani ea defendere nequeant. Quæ conditio ſine fronte, ſine ſale, a ſeculo vero etiam in tribunalibus ipſis ciuilibus inaudita eſt. Ecquid enim decernetur in Synodo, in qua nec perſonæ, neque ſententiæ damnari poſsint? Quorſum itinera, ſumptus, pericula, diſquiſitiones ſuſciperentur?

Caluinus etiam docet, Concilij ſententiam præiudicium, non iudicium eſſe, deque ea ſententia poſſe, ac debere quoſcumque, & maxime priuatos

uatos homines iudicare. Quod quid eſt aliud, quàm vt numquam quidquam finiatur, perpetuæ ſint lites,& hæreſes?

Secuti ſpiritum iſtorum phanaticum ſunt iſti mediatores *Illiricus*, Carolus Molinæus, Martinus Kemnitius, & alij, inter quos adſcribi Miles iſte *voluit*, qui aduerſus Tridentinam Synodum *ſcripſerunt*. Quod cum feciſſent, Catholici *quidem* concordes teſſera fidei accepta permanſere; hæretici non modo abierunt retrorſum, *ſed ſine* vlla teſſera, & regula fidei, dum oblatrant Catholicis, inter ſeſe diſſecantur & pereunt. At videamus, quid antiquis ſeculis fecere Catholici. Symbolum certe fidei ſuo tempore ediderunt Apoſtoli. Quod & ſtetit. Si qui hæreſes vllas aduerſus *illud* inuexere, non nouum, neque fidei nouellas cõfeſsiones de ſuo capite permiſſum eſt *alicui* promi: Vberius illud ipſum Symbolum *Nicænæ* Synodi Patres, hoc eſt coacta legitimè *in* apertum Eccleſia declarauit. Sic qui Epheſinæ, Conſtantinopolitanæ, Chalcedonenſi, cęteriſque veris Synodis interfuerunt, eodem poſtea in propoſito manſere. ac ſi qui Satana inſtigante poſtea receſſerunt, ſtetit tamen ſemper Eccleſia catholica, eademque dixit, ac ſenſit: Et cùm ſenſiſſet, certiſsimam per manus ſuorum hæreditatem poſteritati legauit. Ne longius abeamus. Tot Chriſtiani orbis Epiſcopi, atque Theologi, cùm Tridentinam Synodum vnanimes admiſiſſent, eamque fidei doctrinam in Italiam, Germaniam, Gallias, Hiſpanias, Indias importaſſent, auditũ ne aliquid *eiuſmodi* eſt, quod pauciſsimos ante annos

vna in Saxonia tanto labore quatuor Miniſtri, Principe ſummopere adiuuante, ſua illa in concordia diſcordi procurarunt? Qui igitur Catholici ſunt, ij ad vnum omnes eadem dicunt, ac ſapiunt. Qui etiam conſecuti ſunt Epiſcopi, eam ipſam fidei profeſsionem habent, ac ſeruant: quod quidem Spiritus ſancti iudicium eſt, & vna Eccleſiæ nota. Contra igitur hæretici cùm facerent; tentaſſent autem varijs conciliabulis, ſiquam inire inter ſe concordiam poſſent, ſederunt potantes & edentes ſurrexerunt ebrij, ac diſſidentes.

An cum fieri non poſsit, vt eo modo, quo vellent hæretici, vniuerſale Concilium liberum cogatur, ſaltem nationale Eccleſiæ Gallicanæ indicendum ſit ad dirimendas lites, quæ de religione exiſtunt.

AT abſcedant modo iſta, quibus male conſarcinatas Militis rationes euicimus. Demus, Nationalem (vt vocant) Eccleſiæ Gallicanæ cogendam eſſe ſynodum: Quæro, ecquid putat hac Gallicanæ Eccleſiæ voce deſignari? Si qualem habuimus à tempore Clodouei, eadem eiuſdem fidei, ſacramentorum, rituum ſerie, numquam intermiſſam, quam quidem ſi homines negent, parietes ipſi, templa, aræ, libri, leges paſsim teſtãtur (ac ne teſtatiſsima eſſet, tanto opere cõnixi ſunt Caluiniani, vt omnia obtererẽtur) minimo negotio lis finietur. Quid enim Synodi Galliæ ſemper decreuerint, quam fidei regulam aut admiſerint, aut retinuerint, ex ipſis licet intelligere.

Et

Et generales quidem totius Galliæ in ipſa ſunt habitæ, Lugdunenſis prima, & ſecunda, & Viennenſis: illæ tum pro Palæſtina recuperanda, tum aduerſus Fridericũ I Lac pro Spiritus ſãcti à Patre & Filio proceſsione, aduerſus Græcos: hæ iterum pro Palæſtina, aliisque Eccleſiæ rebus, Innocentio IV. Gregorio X. Clemente V. Præter has, quatuor Arelatenſes, duæ Araufícanæ, quinque Autelianenſes, duæ Turonenſes; quæ licet generales non fuerint, non ſolùm tamen ab Eccleſia Gallicana receptæ ſunt, ſed & tacita Eccleſiæ vniuerſalis conſentione, Theologorúmque ac Pontificum frequenti commemoratione comprobatæ. Hæc cum ita ſint: aut ex iiſdem, aut ex hiſtorijs petantur, qui præfuerint, quid ſtatuerint, quid crediderint. Ac nemo ſane Catholicus Gallicanæ iſtius Eccleſiæ iudicium detrectabit in Gallijs. Quòd ſi detrectent Caluiniani, ecquid tum iſtis facies? an turris Babelis abſolui vmquam poterit? Addo, ſi fidem omnem antiquæ Eccleſiæ Gallicanæ demi velint, quæ vndecim plus ſeculis durauit incolumis, prodat Miles è ſuis thecis aliam, ſi poteſt, meliorem fidei nouo conuentui habendo rationem. Verum quoquò ſe verterit, cernet denique, ad ſe pertinere, quod per Pſaltem dixit Spiritus ſanctus: *In circuitu impij ambulant*; ac illud tritum: *Reorum eſt fugere.* Et interea tamen nouæ iſtius Gallicanæ Synodi promotores, fixas ſibi ſtatuerunt leges, & terminos, quos non tam tranſiliunt, quàm obtruſerunt ſine Synodis, ſine conuentibus legitimis, ſine vlla iudicij forma; ſed facta via

eſt vi, ferro, ſanguine ab ijs, à quibus Euangelij nomen obtenſum eſt. Habet igitur Miles, nec via quoque hac poſſe aliquid ſuccedere, niſi antiquæ fidei regulæ, Eccleſiæque dederit manus.

Ad hæc accedant ſeculorum illorum priorum in Gallijs teſtes, Dionyſius, Martialis, Irenæus, Remigius, Martinus, Hilarius, Paulinus, Proſper, alter Hilarius, Saluianus, Bernardus, & plurimi alij, celeberrimi illi quidem, promulgando Euangelio, hæreſibus refutandis, ſanctiſsimi vita, amantiſsimi pacis, quique vitas inter medios Orientis, & Occidentis fluctus ſine vllo ſubterfugio expoſuerunt. Iſtorum iudicio ſtemus omnes in fidei formula admittenda. Quòd ſiqui recuſent, num tamquam capitoſi, & patriæ ſpuma abijciendi non erunt? num aliqua vmquam compoſitio coibit? Et tamen hoſce omnes recuſant inſignes iſti mediatores, qui interim commenta vnius, vel alterius apoſtatæ, tamquam idola complexi, rem, vires, vitam pertinaciſsime pro ijs prodigunt.

Mittamus verò etiam hæc, & ij diſpiciantur conuentus, quos ipſi tantùm inter ſeſe hæretici hoc ipſo ſeculo habuerunt; Num verò extitit ex his vlla concordia? Minime gentium. Anno quinquageſimo ſeptimo colloquium Vormacię, quod erat inſtitutum inter duodecim Catholicos doctores, & Lutheranos miniſtros, hæc peperit. Perſtitere vnanimes vnà in fide Catholici. Quinque hæretici ab hæreticis ſic diſſenſerunt, vt ab ijſdem ex eo colloquio electi fuerint, Nicolaus Gallus, Nicolaus Amſdorfius, & tres alij, quos rigidos omnes & Stoicos Lutheranos vocant.

Inde

Inde illud inter Lutheranos odium, & multiplex diuisio, tamquam ex Satanæ seminario orta, ad nationes pleraſque effusa est. Post biénium altero conuentu habito, vndecim Lutheranorum sectæ notatæ sunt; publicóque multorum iudicio Principum, qui à Catholica fide essent alieni, reiectæ. Anno sexagesimoprimo in Luneburgensi Lutheranorum conuentu nominatim condemnatus est Albertus Hardenburgius Zvvinglianus. Anno sexagesimoquarto Lutherani & Caluiniani Mulbruni conuenerunt. Præfuit pro Lutheranis Dux Vvirtembergicus: pro Caluinianis Comes Palatinus Rheni Elector. Post longam inter vtriusque factionis ministros disputationem, simultas, & odium acerrimum inter eos exarsit. Soluto colloquio, primum Vvirtembergici *ministri* de Actis eius colloquij scriptum edidêre, quo Palatini ministros insignis impudentiæ, & vanitatis arguunt. Contrà verò aliud illi scriptum euulgarunt, & Vvirtembergicum vt mendacij, sic falsitatis, crebro insimularunt. Anno saxagesimo octauo, colloquium iterum celebre inter Lutheranos, Electorales, & Saxonicos institutum est Altemburgi, mensibus quinque continuatum. Hinc maioribus odijs vtrinque discessum est. Interea huius colloquij Acta Ienenses dogmatistę fusius Germanicè, Latinéque prosciderũt. Iam de norma colloquij, déque principijs ipsis doctrinæ, inter eos conuenire non potuit: dum molliores illi, & Electorales pro norma disputationis (præter sacra Biblia) etiam Lutheri scripta omnia, ac Melanchthonis corpus doctrinæ

in auctoritatem recipi poſtularent: Alij verò nec omnia Lutheri ſcripta admittere, niſi quæ certo ipſius eſſe; minimèque corrupta, nec Melanchthonis vlla (niſi quatenus verbo Dei conſentirent) approbari voluerint. Antuerpiæ prioribus tumultibus Geuſianis, Lutherani, Caluiniani, vti & Anabaptiſtæ, numquam inter ſeſe conuenire potuerunt, vt & priuatas ædes, & omnia ſic inuicem diuerſa haberent, vt nefas cenſeretur, alterum ad alterius templa cultus, aut religionis cauſſa accedere. Eodem tempore Confeſsionem fidei ediderunt Lutherani, quam poſtea ſcripto defendit Flaccus Illyricus; in qua caput 17. eſt huius tituli, Contra errorem Sacramentariorum. Vbi etiam his verbis vtuntur. Caluiniſtarum » liturgia non vno ſacrilegio vitiata, contamina- » táque eſt: eáque (proh dolor) innumeras animas » æterno exitio inuoluit. Alteram verò aduerſam » Confeſsionem eodem tempore in eadem vrbe ediderunt Caluiniani. Sane verò colligit Brentius poſt finem recognitionis ſuæ contra Bullingerum, appendicem publicorum teſtimoniorum, videlicet Lutheri, Melanchthonis, Lauatheri, Petri Martyris, quibus oſtendit, ſæpius à Zvvinglianis actum fuiſſe, vt à Lutheranis pro fratribus ſuſciperentur, manente illa diuerſa ſententia de Cœna Domini; nec vmquam vllo in conuentu, aut ratione hoc impetrari ab illis potuiſſe. Et illuſtre ſane illud eſt, quòd Catalogus librorum, qui in nundinis Francofordianis quotannis venales proſtant, ita in certas non ſolùm diſciplinarum, ſed & in re Theologica ſectarum claſſes

ſæpe

sæpe distributus sit, vt quemadmodum seorsim Catholicorum libri, & opuscula enumerantur, sic etiam in classibus distinctis Zvvinglianorum seu Caluinianorum in vna, Lutheranorum verò protestantum libri in altera recensentur.

Sed ad *alia* veniamus. Notissimum orbi Christiano est, quid è conuentu Dresdensi post plerosque *alios* secutum sit nouissimè his annis. *Concordia* ibi summo sumptu, contentione, labore procurata est; octoginta enim millia tallerorum *conuentibus* ministrorum ad eam rem sæpe habendis, Princeps expenderat; dena & septem millia Smigdelinus emunxerat, atque vbi adhibitæ sunt omnes artes, quibus in nouam nouæ confessionis nassam miselli illi Saxones perducerentur, iam quo anno parta est, eo ipso extincta est ista *concordia*. Nullum igitur falsitatis apertius *indicium est*, quàm vbi discordia est atque inter *eosdem* quidem, qui eadem se profiteri asserunt. Cùm testes aduersus Christum producerentur, notat optime Scriptura, non fuisse conuenientia testimonia illorum. cùm isti eadem aduersus Christi mysticum corpus producunt, quem nostrum feriunt, dum inter sese digladiantur? quam veritatem ostendunt, cùm vnitatem non habent? quid certi in alijs statuent, cùm ipsi incertissimi sint, ecquid debeant sequi? Id illud est, quod fixum, firmúmque conuelli numquam poterit: neque eos, nec cæteros antiquos hæreticos *consequi vmquam* potuisse, ac ne consecuturos quidem *posthac*, vt Ecclesiam vllam habeant aliam, quàm

malignantium. Itaque licet fremant intio, confestim, tamen tamquàm in firmisimum scopulum, sic in Ecclesiam catholicam irrumpentes fluctus huc illuc in spumam disiliunt. Ergo cum Protestantes, ijque adeo, apud quos Lutheranismus erat enatus, non conuenerint, quid nobiscum conuenient? Ac tamen iudicem habuisse se verbum Dei inclamabant, vt cæteræ Protestantium ciuitates subscriberent; sed non sunt assecuti. Quare mirantur quoque plerique cordatiores hæretici, per eos, quos credebant ambulantes ad veritatem Euangelij, huius tanta claritate non potuisse tenebras illas dispelli. Et labat igitur adhuc ea ratio, quam Miles sibi persuaserat vnicam esse, controuersias de fide per Dei verbum scriptum dirimendi. Quod cum in illa Saxonica concordia (quæ in prouerbium iam abijt) reliqui ministri attentius perpendissent, quidam Admonitores Palatinatus Rheni, qui aduersus eam scripserunt, Iudicem ministerialem vniuersam Synodum ridiculè statuerunt. Ridiculè, inquam. Nam si id ex animo dixissent, cur non admisissent re ipsa omnes Synodos, quæ illorum hæreses abiecerè? Quas nisi putabant ad normam diuini verbi habitas fuisse, quibus nam argumentis effecissent, vt suas ad eandem normam habitum iri crederetur? qui præterquam quod inter se non consentiunt, iam quoque fatentur verbum Dei, quoniam ad varios sensus trahi potest, non sufficere ad iudicandum. Id quod non ipsius verbi vitio, aut infirmitati tribuendum est, sed quia illud non omnes capiunt, & propria interpretatione non

In admo. concord. consider. vlt. pag. 431.

non fit. At peragremus Vngariam, ſi quid fortaſſe melius nouis illis Euangelicis illuxit. Cum Lutherani primo ſeſe in Tráſſyluaniam inſinuaſſent, Ioannémque Principem, Ioannis Regis filium, ad ſe adiungere ſtuduiſſent, primo illexêre adoleſcentem, vt *ſub* vtraque ſpecie ſumeret Euchariſtiam: *Is primus & latens hamus fuit ad latentem hæreſim porrigendam.* Nam vt reliqua omnia cum Catholicis crederet, Blandrata vulpes illa de *Arianiſmi* fæce prognatus, ac nouiſſimè à *fratris* filio, ſacculo terra oppleto, dum dormiret, interemptus, auctor fuit. Tum pede extra Eccleſiam poſito, & in hæreticæ Synagogæ atrium illato, Lutheranus eſt factus: quamuis paulo antea & Lutheranam, ac cæteras ſectas mirificè ſe deteſtari profeſſus, iuramento quoque, *Stephano*, qui poſtea Poloniæ Rex fuit, *iuraſſet*. Erat quidam Claudiopoli, qui *Paſtor* dicebatur, nomine Dionyſius, qui ad *eam labem* aſpergendam fuerat in aulam Principis inductus. Sed quem teneas, qui & nolit, & nequeat ſtare? Franciſcum Dauidis iam è Lutherano factum Caluinianum, in Dionyſij locum ſurrogarunt, Blandrata, & alijs. qui propiores *Arianiſmo* hæreſes Caluini eſſe intelligebant, id ſtrenue curantibus. Et factus ergo eſt Princeps de Lutherano Caluinianus, cùm non ita pridem hæc verba protuliſſet: *Si me vmquam Caluini ſectatorem videritis, canem* vocatote. Sed neque in hoc hæſit, Nam *vrgente* Blandrata medico corporis, proditore *animæ*, Franciſcus Dauidis primò, de-

deinde per eũ Princeps pernegata Christi diuinitate, factus est Arianus: dignáſque præceptor moriens in arce Deua, cum in phreneſim & væſaniã, coniectus in compedes, incidiſſet, atque ante eum Princeps pœnas dedit, qui ſine ſobole, ſine hæreditate, ſine fide deſcendit ad inferos, ſemina omnis impietatis in Tranſſyluania relinquens. Dum igitur hæc agerentur, & Lutherani, ac Caluiniani miniſtri inter ſeſe altercarentur, Deique verbum Stentorea voce creparent, quid effectum eſt? Nam ex Caluinianiſmi colliſione cum Lutheraniſmo, Arianiſmus excuſſus eſt, qui mox in flammam ingentem erupit, Vngariam vniuerſam iam depopulantem, & Corano Mahometis viam ſternentem. Subſecuti ſunt autem varij conuentus, Tordæ, Claudiopoli, Varadini: ſed otiosè ne, an impie omnia, nemo tam ſtupidus eſt, quin videat: poſteritas certè mirabitur, & abyſſum diuinæ iuſtitiæ exaltabit. Qui enim Apoſtolicis, & Eccleſiæ Dei ſaluberrimis decretis obtemperare noluerunt, Stancaro poſtea, ac Blandratæ, & cæteris hominibus proiectitijs, quique numquam Theologica tractarant, ſed eò ad licentiam profugis, & à nemine, niſi à Satana miſsis, dederunt manus. At cum, comitijs generalibus Tordæ indictis anno huius ſeculi quinquageſimo ſexto, diſceptatum eſſet à Lutheranis cum Catholicis, neque vadum reperirent egregij illi Euangelici Proteſtantes, vbi conſiſterent, Canonem his verbis non Apoſtolicum promulgarunt. Quemadmodum autem antea quoque Maieſtates ſuæ benignè conceſſe-

In Dominica: Iudica, &c.

„ rant, vt quilibet eam, quam vellet, Papiſticam videlicet,

videlicet, aut Lutheranam religionem profiteretur; ita quoque nunc liberam dedit facultatem omnibus, alterutram harum sequi: Rixas tamen, & iniurias inter vtráſque ſublatas eſſe vult, & prohibet. Sacramentariorum quoque ſectam arceri, & pro iudicio Eccleſiæ Vittembergenſis proximè ſub chirographo Philippi Melanchthonis adducto tolli cenſet. Hæc illorum neſcio quæ Maieſtates aduerſus Chriſti filij Dei Eccleſiam, & veram Maieſtatem, quæ non diu paſſa eſt, ſe ab ijs irrideri. Eodem item ipſomet anno Albæ Iuliæ euulgata ſunt alia, mitioribus in ſpeciem verbis, quòd ad Catholicam Eccleſiam pertinet, in qua degeneres & ingratiſsimi, ſanguine Chriſti in baptiſmo initiati, Scythicam olim feritatem, & idololatriam, vt in reliqua Vngaria, per ſolos Catholicos doctores exuerant, & Chriſtum induerant. Decretum illud Albenſe his verbis conceptum & promulgatum eſt. De articulo religionis placet ſuæ Maieſtati id ipſum, quod ſuperioribus comitijs deliberatum eſt. Datur enim libertas complectendi vel antiquam religionem cæremonijs, & ritibus antiquis: vel Lutheranam fidem, iuxta Eccleſiæ Vittembergenſis inſtitutionem. Cenſent etiam, nouas ſectas, & religiones euitandas, ob id præſertim, vt fontes, & ſeminaria tumultuum euitentur. Hæc illi. Ex quibus videat mihi Miles iſte noſter, cenſores hoſce nouos de cœlo cadentes, qua-nam facultate Lutheranam confeſsionem ſtatuunt; quo numine Eccleſiæ Vittembergenſis inſtitutionem agnoſcunt: quo ancipite ſpiritu Catholicam, & antiquam religio

religionem neque diffitentur, neque excludunt, ac deinceps vtramque ſtare poſſe putarunt: denique quibus rationibus permoti vtramque permittant, Caluinianam, & reliquas nouas ſectas, & religiones reiiciant. Nimirum (inquiunt) quia fontes, ac ſeminaria tumultuum erant. Addidiſſent, hæreſum, rectius dixiſſent. Quid enim hæreſis poteſt niſi hæreſim gignere? Neque enim (inquit Dominus) colligunt de tribulis ficus, aut de ſpinis vuas. At neque conſtitit hic res. Quinquennio enim poſt, indictis comitijs, tertium
» canonem ediderunt, his verbis: Quia inter Do-
» minos Scythulos vtriuſque religionis, variæ con-
» tentiones obortæ ſunt, vnde & mala plurima
» contingere poſſunt: viſum eſt Regnicolis, vt ordo
» vtriuſque partis, ſecundum articulos, & conſtitu-
» tiones ſuperiores, ſerio obſeruetur: ita vt quiſque
» eam, quam vellet, religionem, & fidem ample-
» cti; & concionatores ſuæ religionis liberè alere
» poſsit. Quorum dum alter concionem incœperit,
» ne ille impediatur, ſed expectetur, donec perficiat;
» perfecta concione, alter ſuam concionem inci-
» pere, & in ea vtrinque liberè procedere, ſacra-
» menta quoque Eccleſiæ adminiſtrare poſsint. An
» igitur iſti ſapientiſsimè fecerint, Militis iudicium
» eſto. Viſum eſt (aiunt) Regnicolis. putaram Spi-
» ritui ſancto, & Apoſtolis; putaram Nicænæ Synodi Patribus; aut Catholicæ Eccleſiæ. Quis, optime Ieſu, aut legit, aut audiuit vmquam leges ferri, quibus virtus & vitium, fides ac perfidia, religio & hæreſis, pro cuiuſque libidine liceat, & impune, & quid dico impune? ſed magno

pro

propoſito præmio prædicetur? Et mirantur poſtea, qui vel clauum Reip. illius tenent, vel iſta conſilia obtrudunt, ſi omnia ſusque deque eant, & ad fæcem redacta ſit non ſolùm Vngaria, ſed maxima Europæ pars, certiuſque Catholici perfugium habeant intra Turcas, quàm inter eos: cum illic ſaltem antiquiſsimam & vnã ipſam veram religionem poſsint retinere, & exercere? Quòd ſi perſequi vellem, quæ ex iſta ratione tractandi negotij fidei contigêre in Germania, in Gallijs, in Anglia, & Scotia, in Polonia, & Lituania, in Boëmia, & Moraula, & in Sileſia, atque Suetia, ac denique nouiſsimè Dantiſci in Pruſsia, nemo non liquidiſsimè cerneret, vnde non ſepticeps, ſed centiceps iſta hydra prodijt, quæ tot venenis varia illa Regna infecit, poſtquam ſplendido, & optimo Eccleſiæ lumine relicto, maluerunt tenebras, quàm lucem; & mortem, quàm vitam.

An quod neutrales quidam, & Politici proponunt, vt pars vtraque de ſuo iure non nihil decedat, optima ſit ad ſarciendam concordiam ratio.

AT quidã neutrales, qui & Politici, rationem proponunt, qua omnes controuerſiæ componantur, quam optimam putant. Ea eſt, vt quæque pars aliquid alteri concedat; decedat autem de iure ſuo tantiſper, dum coëat pax: Alioquin aiunt fieri, vt dum zelo bono, ſed non ſecundum ſcientiam, veritatem quiſque mordicus tueri ſe putet, rupto funẽ in tergum vtrique cadant. Quæ verba fuerunt Eraſmi, eo in libello, quem

de

de ſarcienda Eccleſiæ concordia, ſiue de ſedandis opinionum diſsidijs, ſcripſit. Secuti porrò ſunt alij, vti Caſtalio, ac qui poſtremò propius, ſed non prorſus ad Catholicam Eccleſiam acceſſerunt, Iuriſperiti quidam, quos ſolida Theologiæ fundamenta iuuiſſent, ſi ſuper his quę ipſi ignorauerunt, quum reliqua ex ingenio haud malo depromerẽt, laborem & operã ſuam poſuiſſent. Verumenimuero omnes, quoniam proximam diſsidij cauſam non ſunt aſſecuti, ecquas, obſecro, vmquam controuerſias ſuſtulere? aut quoſnam populos ad vnitatem fidei reuocarunt? Quin etiam cum inter ſeſe non conſenſerint, factum eſt, vt Deus (qui non eſt diſſenſionis Deus) ipſos abiecerit, nec ſacramento pacis, hoc eſt diuino Euchariſtiæ myſterio, dum morerentur, dignauerit, æterna nimirum pace hîc, atque altera in vita priuatos. Ac quidem, quantumcúnque diſsideant partes, fatebuntur, Eccleſiam, quoniam Chriſto innixa eſt firmiſsimæ petræ, nunquam concuti, aut concidere poſſe, ſed ſtare, ijs cadentibus. Hîc ergo latet anguis. Primò, quòd ſeſe ipſam ſtatuerint eſſe Eccleſiam, aut natiua Eccleſiæ germina, qui neutrobíque cõſiſtentes, medium quoddam iter (ſapientiſsimi videlicet, & beatiſsimi omnium) tenuere. Sed iſtud medium hominum genus nunquam ipſa monſtrauit Eccleſia, nec, qui eam rexit, Spiritus ſanctus: Quid ergo iſtis credes? Præterea, patet ne iſta Eccleſia, an inuiſibilis eſt? Si patet, & tamquam tribunali ſuus eſt ordo, & ius, eius iudicio ſubdamur neceſſe eſt; idque optimum conſilium eſto, de iure, hoc eſt de iudicio, & affectu proprio, vt quiſque de-

cedat,

cedat, & captiuum se reddat in obsequium eius, quæ est columna, & firmamentum veritatis. Sin inuisibilis est, ad quam ibimus, quippe quæ nemini non solùm concidisse, verumetiam fuisse appareat? Et vero aliquis fuerit viuum Ecclesiæ membrum, qui nil sentiat, sed tamquam neutralis è specula cladem istam ingentem conspicatus ad tantam Ecclesiæ plagam nil sentiat, quin ad confessionem ac defensionem fidei accurrat; quum dictum sit: *Qui non est mecum, contra me est.* &, *Qui non congregat mecum, dispergit.* & *: Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem?* Et anguem igitur latere sub eo dixi, quòd ijdem mediatores, sese constituerunt Ecclesiam, cùm Ecclesiam (hoc est eos, qui ei legitimè præsunt, aut præfuerunt) mediatricem (vt ita dicam) & ad quam *omnis* de fide quæstio referenda sit, constituere debuissent. Præterea & sub altero *illo anguis* latet, quòd aliquid putent detrahi, aut concedi posse de articulis fidei, de sacramentis, de diuino verbo; quod à nemine, ne à summo quidem Pontifice ipso, aut à Synodo quantacumque vniuersali legitimè congregata, & confirmata, attentatum est vmquam: quippe haud dominantur fidei, sed dispensatores (vt inquit Apostolus) mysteriorum sunt; Diuinaque stat sententia, vt neque apex, vel vnum iota mutetur eorum, quæ æterna lege sancita sunt. Itaque neque Sacramentorum numerus, neque *Symbolum* fidei, nec canon diuinarum Scripturarum, neque tradita à Spiritu sancto in Ecclesiasticarum omnium rerum declaratio, immutari

Mat.12.

Rom.10.

mutari poteſt; quidquid mentiri audent, qui denique Synodos omnes ſuſtulere, verbum Dei decurtarunt, Sacramenta vel abiecerunt, vel infirmarunt, & egena blaſphemarunt eſſe elementa. Hæc verò quum axiomata & principia ſupponenda ſint, ſi prætextu pacis auferantur, ecquid inde deduxeris? Quare ſtent oportet inconcuſſa. Qui autem ſecus compoſitiones antiquitus tentarunt, non pacem, ſed ſummas calamitates inuexerunt in Eccleſiam Chriſti. Pleræque enim propterea prouinciales Synodi irritæ fuerunt, quales Carthaginienſis ſub Cypriano, viro licet ſancto: Antiochena nonaginta Epiſcoporum; Seleuciana; & aliquæ, quæ videbantur quoque eſſe generales, quæ quidem à capite non vocatæ euanuerunt in fumum, Ariminenſis Conſtantinopolitana ſub Leone Imperatore, trecenti quamuis adeſſent Epiſcopi; Synodus in Trullo ſub Iuſtiniano Imperatore, & Epheſina ſecunda, quæ ideo Concilium prædatorium dictum eſt, quum in eo, repugnantibus Pontificis Max. Legatis, omnes fere Epiſcopi in ſententiam Dioſcori Alexandrini hæretici conceſsiſſent. At ſcimus, Gothorum gentem ſimili fraude in Arianos fuiſſe laqueos inductam: Vrphilas enim Gothorum Epiſcopus, pecunia corruptus, Gothis perſuaſerat, inter dogma Catholicum, & Arianum, verbi potius quàm rei eſſe diſcrimen. Venenum ergo inde exſuxerunt, quod vbi præcordia tetigit, gens illa à fide miſerrime perijt. Sic Valens, & Vrſatius, Arianorum Epiſcopi, vnius iotæ interpoſitione in voce hac homousij, dū pacis ſtudium atten

Aug. lib. 1. de bap. contra Donat. c. 18 Socra. eccleſ hiſto. lib. c. 5. & 13. Idem lib. 2. c. 31.

Hieronym. dial adu. Lucifer.

attentant, iugulum Christianæ religionis vniuersæ petierunt. Quamobrem viri sancti exhorruerunt istorum mediatorum dolosas Satanæ artes. Diuus Basilius, quum à Valente Imp. Ariano rogaretur per Præfectum, vt amicitiam cum eo coleret, simul item, ne ob exiguam dogmatis controuersiam turbari sineret pacem Ecclesiarum, respondit, se magni pendere Imperatoris amicitiam, sed nihil posse cedere de dogmate, dicens: *Qui diuinis enutriti sunt eloquijs, ne vnam quidem syllabam de diuinis dogmatibus corrumpere patiuntur, sed pro his (si contingat) omnes mortis species amplectuntur.* Et S. Chrysostomus, quum illud Apostoli tractaret: *Quantum in vobis est, pacem cum omnibus habentes: Quæ tui* (inquit) *sunt officij, præsta, nemini dans ansam seu belli, seu dissidij, siue Iudæo, siue Græco. Si verò alicubi pietatem labefactari videris, ne præponas concordiam veritati, sed generosè persiste ad mortem vsque.* Quamobrem qui pacem alicubi conciliare studet, Petrum, cui Ecclesia commissa est, imitetur, cui dictum est: *Occide*, nempe Gentilem, vel hæreticum, vel Iudæum, hoc est, prius errorem in his interfice, & sic manduca, nimirum in Christi, & Ecclesiæ corpus traijce. Id igitur ni fiat, frustra omnis labor sumitur: quoniam Dei ordinationi quis resistit? Cæterum, quòd ad legum rigorem remittendum, & ad pœnarum condonationem pertinet, sæpissime Ecclesia tranquillitati consulens, id fecit, cessítque, ac plus nimio forsan concesit, vt Imperia & Regna Catholicam retinerent, aut recu-

Rom. 12.

Actuum 10.

perarent fidem : vt hac in parte nemo iure conqueri posſit. Et Epiſcopatus, templa, agri, ciuitates, prouinciæ, in hæreticorum manus quum venerint, ſacrilegéque omnia direpta ſint, num non, ſi nunc ijdem populi auitam religionem non ſimulatè velint amplecti, accurrent Catholici, vt liberaliſsime ijs peccata condonent, gratulentur, habeant eos pro fratribus? Sane qui ſanguini ſuo non parcunt, vt eos lucrentur, libentiſsimè, ac faciliore negotio hoc alterum præſtabunt.

An aliquis alius denique modus ab antiquis, ſiue Catholicis, ſiue hæreticis, adhibitus ſit pacandis tumultibus, Qui item iſtis, qui de religione in Gallia exorti ſunt, poſſet vti[illegible] adhiberi.

QVi totas ingenij vires intenderunt in tollendas ſeditiones, hi tria ſibi ſpectanda propoſuêre. Primò, Eos, qui poſſent gliſcenti morbo adhibere medicinam: Deinde reliquos, qui eſſent ſanandi: Denique ipſam medendi rationem. Et priſci quidem Irenarchas vocarunt, qui pacandis ciuium animis præerant; qui & Seruatores loci, & Hiocolytæ, & Expulſores latronum dicebantur: quorum officium omnibus prouinciarum Rectoribus, & Rerumpub. adminiſtratoribus mandabantur Principum conſtitutionibus, & Pontificum Maximorum decretis. Et verò ſi in tanta re Irenarchæ ſocordes fuiſſent, auro, vel, (ſi qui eſſent inopes) verberibus, & exilio

l. vnica. C. de Irenar. li. 11. in Authen. vt nulli iudi. §. 1. in Auth. de mãd. Princ. §. deinde. col. 3.

& exilio mulctabantur. Irenarchas autem deligebant non tam eloquentes, quàm probos, & prudentes, atq; interdum qui ſeditioſis ipſis eſſent ſic grati, vt tamen propterea à recto ne deflecterent. Scilicet ad res ſalutares in animos hominum turbulentorum transfundendas, ſolidum, ſyncerum, ac mundum vas non minimum valet. Ac ſane ipſi quoque ethnici, ſiquis inconſtans, duplex animo, claudicans in vtramque partem, facinoroſus fuiſſet, hunc prorſus ablegandum ab hoc munere cenſebant. At ſi ad eas, quas diximus, dotes, ſedula diuini auxilij imploratio accedebat, & ſolertia, ne per longas moras turbæ conualeſcerent, ita vt (quemadmodum in morbis quibuſdam grauioribus neceſſe eſt) diligenter amputarent ſerpens malum; in reliquis verò minus perniciosis, aut contagioſis maturius incederent; hi maxime idonei componendis rebus habebantur. Et hoc quidem ad Irenarchas. Cæterum, quod attinebat ad eos, qui ſanandi erant, non vnum habebat caput: Alia enim plebi, alia ſingulis perſonis, alia ſeditionum auctoribus; alia viris, alia fœminis; alia iunioribus, alia natu grandioribus remedia adhibebantur. Nempe alia quoque vbi non eſt colluctatio cum carne tantùm & ſanguine, verùm etiam cum ſpiritualibus poteſtatibus, ac Satana, qui perpetuo quærit quos deuoret. Sed ciuilium diſſenſionum remedia omnia ferè erant, Indagatio, Tranſactio, Vindicta iudicialis, vis armata, ſubmotio cauſarum, è quibus oriuntur ſeditiones, & præcautio futurarum. Indagationis autem duæ

Bald. in l. nullus. C. de ſumm. Trin.

Epiſt. 1. Alexandri, & epi. Antheri Papæ.

partes erant, quæ etiamnum ſunt, Delatio, ſiue Denunciatio, & Iudicialis cognitio. Quæ omnia cuiuſmodi eſſe debeant, iuris Ciuilis, & Canonici periti ſatis norunt. Conradus autem Brunus accuratè etiam inter alios egit ſex libris, quos de ſeditioſis ſcriptos reliquit. Verùm cum hæc ita habeant, nunquam in ſeditione, quæ orta ſit ob cauſam Religionis, ſedanda, exemplum aliquod antiquitus occurret, quo vel hæreſis cum Catholica fide coire potuerit, vel Irenarchæ, publica auctoritate delecti, rem ad exitum, ſalua vtraque parte, potuerint adducere. Et Apoſtolus quidem, quum aduerſus ſeſe tumultuarentur Iudæi, quorum alteri erant Sadducæi, alteri Phariſæi, vſus eſt ea ratione, vt reſurrectionis veritatem, quam horum credebat pars, aduerſus alteram partem obijceret: *Viri fratres* (inquit) *ego Phariſæus, filius Phariſæi, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor.* Et cùm hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo, & factus eſt clamor magnus. Et exurgentes quidam Phariſæorum (nam & illi reſurrectionem mortuorum eſſe dicebant) pugnabant, dicentes: *Nihil mali inuenimus in iſto: quid, ſi Spiritus locutus eſt ei, vel Angelus?* Sic igitur tumultum ab ſe auertit Apoſtolus. Eccleſia verò tum eius ſeculi, tum quæ poſtea fuit, anathemate feriens pertinaces in hæreſi, quos videbat ſpargere diſſenſiones, abſcindebat ab ſeſe, ne pars ſincera inficeretur. Theodoſius autem Imperator, promulgata aduerſus omnes hæreti-

Actuum 23.

cos

cos lege, vt quiſquis eorum Clericus, vel Epiſcopus, vbilibet eſſet inuentus, decem auri libris mulctaretur: plerique eius pœnæ metu, animaduertentes, nil in ijs hæreſibus dignum, propter quod tanta paterẽtur, mox ad Catholicam veritatem redierunt; & ita diſsipata eſt Donatiſtarum, & Circumcellionum coniuratio. Acceſſère poſtea etiam aliæ pœnæ, capitis, & ignis, de quibus egimus ſupra. *Auguſt. epiſc. 50. ad Bonifaciũ Comitem.*

At quærimus (inquiet Miles) non Indagationem, non Vindictam iudicialem, non vim armatam, ſed tranſactionis aliquod genus, quo iſta olim ſine ſanguine compoſita ſint. Atqui planiſſime oſtenſum eſt, laterem (quod eſt in prouerbio) lauiſſe eos, qui vnquam attentarunt, hæreſim cum Catholica fide coniungere, ac quaſi duas conſtituere *in* vno corpore animas informantes, *& intelligentes.* Itaque peccatum hatiolandi eſt, *nolle diuinæ* ordinationi acquieſcere. Quòd ſi *Miles* cauſam adhuc quærit interiorem (quæ tamen ex ijs, quæ diximus, elici poteſt) ea ſine dubio eſt, quòd nulla tranſactio de iniuſta, vel inhoneſta re ſit ineunda: in hanc enim cum Dei conſilium non concurrat, diſſoluatur ilico & euaneſcat, neceſſe eſt. Et conſilium Dei iſthuc haud concurrere, certiſsimum eſt, cum neque cibum habere, neque Aue dicere hæreticis, admoneamur Apoſtolicis, hoc eſt Spiritꝰ ſancti, præceptis. Res verò tanta iſta eſt, quippe (quod antea diximus) *cæleſtis* vitæ radicem (nempe fidem) attingit, vt *veteris* quoque Teſtamenti tempore ſeueriſsimè

Deut.13. prohibita fuerit. Sic enim ſcriptum eſt: *Si audieris in vna vrbium tuarum, quam Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuæ, atque dixerunt: Eamus, & ſeruiamus dijs alienis, quos ignoratis: Quære ſolicite, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris, certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque quæ in ea ſunt, vſque ad pecora. Quicquid etiam ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipſa ciuitate ſuccendes; ita vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, &c.* Hæc Deus. An ne verò (vt ad id redeam, quod dixi) iniuſtius quidquam, vel turpius eſt, quàm paciſci, vt Catholici cum hæreticis in fide, ac religione communicent, vt Templa, & Epiſcopatus retineant, quos per vim occuparunt: vt falſare pergant diuinum Codicem: vt innocentem pueritiam imbuant peſtilentiſsima hæreſi: vt decreta antiquiſsima, & optima tollantur: vt ſemper in peius ruat Chriſtiana reſpublica: vt ſpecie religionis, aſylus impune pateat, quò ſceleratiſsimi quique confugiant? Et patet certè, cum cæci ipſi viderint, Imperia & Regna omnia cecidiſſe, vbicumque iſta tranſacta ſint. Hinc enim Iuſtitium quoddam, quo leges, & Principum auctoritas ſilent, arripiunt ſibi ſubditi, móxque dominatio

minationem omnino ſpernunt, & Maieſtatem quantamcunque non iam comiter obſeruant, ſed licentiſsimè blaſphemant, minimámque occaſionem nacti, ad ſolitas defectiones reuertuntur, maiorem ſemper ſibi dominatum ſtruentes. Vt in iſtos cadere poſsit appoſitè, quod dixit Quinctius Conſul, cum Æqui, & Volſci Vrbi immminerent. Diſcordia (inquit) ordinum, eſt venenum Vrbis huius, Patrum, & plebis certamina: dum nec nobis imperij, nec vobis libertatis eſt modus: dum tædet vos Patriciorum, hos plebeiorum Magiſtratuum ſuſtulere animos. Proh Deum fidem, quid vobis vultis? Tribunos plebis concupiſtis, concordiæ cauſa conceſsimus: Decemuiros creari deſideraſtis, creati paſsi ſumus: Decemuirorum vos pertæſum eſt, abiere Magiſtratu, manente in eoſdem priuatos ira veſtra: Mori, atque exulare nobiliſsimos viros, atque honoratiſsimos, paſsi ſumus: Tribunos plebis iterum creare voluiſtis, creaſtis: Conſules facere veſtrarum partium, etſi Patribus videbatur iniquum, patricium quoque Magiſtratum plebi donum fieri vidimus. Auxilium Tribunicium, prouocationem ad populum, ſcita plebis iuncta Patribus ſub titulo æquandarum legum, noſtra iura oppreſſa tulimus. Quis finis erit diſcordiarum, & quando communem hanc patriam eſſe licebit? Victi nos æquiore animo quieſcimus, quàm vos victores. Satis ne eſt vobis, vos metuendos eſſe? Aduerſus nos Auentinum capitur, aduerſus nos Sacer occupatur mons: Eſquilias

Liu. lib. 3. ab vrb. cond.

quidem ab hoſte prope captas,& ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmouit,in nos viri armati eſtis,&c.

Cæterum quoniam & veteres hæretici, qui rem olim potiebantur, & adeo recentiſsimi quidam Conſiliarij alios tranſactionum modos pertentarunt; hos etiam expendamus, vt denique germanum, hoc eſt veriſsimum, inuaniamus. Mitto autem minas, promiſſa, tormenta, aſtum, fraudesque alias innumerabiles, quibus Imppe. hæretici, & hæreſiarchæ conati ſunt Catholicos ad ſeſe auertere: refertæ enim ſunt hiſtoriæ paſſim. Hunericus Vuandalorum Rex, qui Arianam: & Anabaptiſtarum labem erat amplexus, quum Epiſcopis Catholicis accerſitis,inſtituiſſet de Religione colloquium, iuſsit, eis oſtendi chartam inuolutam, dicique: Dominus noſter Rex Hunericus, licèt doleat, quòd fueritis contemptores, & adhuc voluntati eius obedire tardetis, vt eius efficiamini religionis:cuius ipſe eſt; nunc tamen bonum de vobis cogitauit: Si iuraueritis ita vt quod iſta charta continet, faciatis, dimittit vos Eccleſijs, & domibus veſtris. Ad quod vniuerſi Epiſcopi reſponderunt: Semper dicimus,& diximus,& dicturi ſumus,Chriſtiani ſumus, Epiſcopi ſumus, Apoſtolicam fidem vnam & veram tenemus. Factóque poteſt confeſsionem ſilentio modico,illi,qui fuerant à Rege deſtinati, feſtinabant extorquere Epiſcopis ſacramentum. Tunc beati viri, Hortulanus, & Florentinianus Epiſcopi, pro omnibus, & cùm omnibus dixerunt: Numquid animalia nos irrationalia ſumus, vt

Victor libro 3. de perſecu. Vuandalorum.

neſ

neſcientes, quid charta continеat, facilè, aut temerè iuremus? Accelerauerunt quoque illi à Rege „ deſtinati, ſcripturæ eius propalare tenorem, qui „ huiuſmodi ſermonibus fuerat coloratus: Sic enim „ calumnioſa ſeries continebat: Iurate, ſi poſt o- „ bitum Domini noſtri Regis, eius filium Hildo- „ ricum deſideratis eſſe Regem, vel ſi nullus ve- „ ſtrum ad regiones tranſmarinas epiſtolas diriget: „ quia ſi ſacramentum huius rei dederitis, reſtituet „ vos Eccleſijs veſtris. Cogitauit tunc multorum „ pia ſimplicitas, etiam contra prohibitionem di- „ uinam, ſacramentum dare, ne Dei populus in po- „ ſterum diceret, quòd vitio Sacerdotum, qui iura- „ re noluerunt, non fuerint Eccleſiæ reſtitutæ. Alij „ quoque aſtutiores Epiſcopi, ſétientes dolum fran- „ dis nequaquam iurare voluerunt, dicentes: Pro- „ hibitum *fuit Euangelica* auctoritate, ipſo Domi- „ *no dicente:* Non iurabis in toto. Quibus mini- „ *ſtri Regis*, Secedant in parte, inquiunt, qui iura- „ *re diſponunt.* qui cùm ſecederent, Notarijs ſcri- „ bentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuiſ- „ ſet, exceptum eſt. Similiter factum eſt de illis, qui „ minimè iurauerunt. Statimque pars vtraque cu- „ ſtodiæ mancipatur. Poſt verò pars, quæ celaba- „ tur, apparuit. Iurantibus, dictum eſt: Quare „ contra præceptum Euangelij iurare voluiſtis? „ Iuſsit Rex, vt ciuitates, atque Eccleſias veſtras „ numquam videatis, ſed relegati, colonatus iure, „ *ad excolendum* agros accipiatis: ita tamen, vt „ non *pſallatis*, neque oretis, aut ad legendum co- „ dicem *in manibus* geſtetis: non baptizetis, neque „ ordinetis, *aut aliquem* reconciliare præſumatis. „

„ Similiter non iurantibus ait: Quia Regnum filij
„ Domini noſtri non optatis, idcirco iurare noluiſtis: Ob quam cauſſam iuſsi eſtis in Corſicanam
„ inſulam relegari, vt ligna profutura nauibus Dominicis incidatis.

Euſe. lib. 4. ca. 11. Iren. lib. 3. cap. 4. Tripart. hiſt. lib. 3. cap. 10.

Simularunt item Cerdon, Arius, Achillas, Colluthus, antiquiores hæretici, amicitiam ſeſe velle colere cùm Catholicis, ac pœnitere interdum; vt etiam Ariani Synodo Nicænæ ſubſcriberent: ſed tum maximè præſidia ſibi & arma conquirebant, quibus Eccleſiam euerterent; aditúmque tandem patefacerent Mahometiſmo, & Atheiſmo, qui hodiéque extant. Conati ſunt (inquit Alexander Alexandrinus Epiſcopus, ad Alexandrum Epiſcoporum Conſtantinopolitanum) illi
„ diſcurſionibus vti, & aduerſum nos machinari,
„ qui apud vnanimes comminiſtros noſtros, figuram pacis, & vnitatis dignitatem ſe exercere fingunt: quod autem verum eſt, abripere quoſdam
„ eorum ad peſtem propriam per boniloquia ficta
„ feſtinant, & literas ab eis manifeſtas, & indubitatas exigunt, vt relegentes eas ſeductis à ſe perſonis, ſine pœnitentia eos in delictis ſuis faciant
„ remanere, tamquam vnanimes habentes eadem
„ ſecum decernentes Epiſcopos. Non enim quæ
„ apud nos malè docuerunt, & egerunt, ea fatentur, propter quæ etiam ſunt expulſi; ſed hæc aut
„ taciturnitati contradunt, aut fictis ea ratiocinationibus, & quibuſdam obumbrationibus ſæpiunt. Veriſimilibus verò, & pompoſis corruptibilem doctrinam ſuam velantes eloquijs, attrahunt in deceptionem quemlibet incautum, non abſti

abſtinentes, etiam apud omnes, noſtræ pietati „
calumniari. Et hæc quidem illi. „

At noſtro tempore inſinuatæ ſunt ab aduerſarijs aliæ pacificandi viæ. Huſsitæ enim in Bohemia vtriuſque ſpeciei vſum cum diuiniſsimo Sacramento vrgebant, qui ſi conceſſus fuiſſet, proteſtati ſunt Ferdinando Cæſari, Bauariæque Duci, ac reliquis, ſeſe ad vnitatem Eccleſiæ redituros. Is igitur permiſſus eſt non ſolùm in Bohemia, ſed in Auſtria, in Sileſia, in Morauia, ecce poſt tot annos nihil vnitatis aut pacis attulit: perſtant enim hæretici in tenaciſsima perfidia, & quem doloſa ſimulatione aſtum tegebant, vt interim cuniculos licenter agerent aduerſus pietatem, is in apertum prodijt. Petitæ etiam ſunt à quibuſdam Regnis vnà cum vſu vtriuſque ſpeciei, laxatio cælibatus in Sacerdotibus, condonatio vſurpatorum Eccleſiæ redituum, abſtinentia ab cęrimonijs antiquiſsimis, quas vniuerſa per orbem Chriſtianum ſeruauit Eccleſia: nouæ etiam Miſſæ conſcriptæ, quibus ſenſim inſinuaretur pars Catholicæ Religionis. Sed neque hoc diuinæ Sapientiæ placuit, quare neque effectum eſt quidquam. Et poſtea reſcitum eſt, Anteſignanorum hæreticorum conſilio iſtud obtruſum Regibus alioquin bonis, vt ſiquid ab Sede Apoſtolica ſubripuiſſent, hoc non ad pacis compoſitionem, ſed ad impoſturam Chriſtianæ Reipublicæ abuterentur: quippe etiam Catholicis Principibus ſenſim perſuaſuri, vt procuratis ijſdem laxationibus, finderent Eccleſiam Chriſti, latiſsiméque venenum inter eas rimas vbique diffunderent.

Con

Confœderatio item alia, ſed promiſcua omnium hæreticorum, alibi procurata coaluit; qua pollicebantur, vſuros ſeſe, vt pacatè cum hæreticis agere poſſent de Religione. Sed interea peſtis illa tanto contagio ingentes tractus infecit, vt dum hinc tamquam torrens plurimas Eccleſias abripuerit, tribunaliáque Eccleſiæ ſuſtulerit; illhinc optimos quoque Reges adegerit ſi coronam Regni vellent, ad iurandum hæreſum illarum omnium non tam tolerantiam, quàm penè patrocinium. Qui gladius niſi in viſcera fuiſſet admiſſus, Regnum florentiſsimum, quod interim magnopere laborat, haberemus, Chriſtiani orbis propugnaculum aduerſus perfidos, fide, nobilitate, fortitudine validiſsimum.

Iam verò vnà cùm Milite iſto non deſunt, qui nunc alia conſilia propinent. Condonentur (inquiunt vetera omnia delicta hæreticis ad tempus; quique communione Eccleſiæ priuati ſunt, reſtituantur Eccleſiæ. Videbitur (aiunt) magna mutatio. At ſanè à quatuor ventis patuit ſemper & aditus, & reditus, hæreticis, & ethnicis ad Eccleſiam; ac Iubilæum à Pontifice Maximo non ita pridem ampliſsimum (hæreticis quoque in foro conſcientiæ ſoluendis) promulgatum eſt vbique. Quod quidem, vt pleraque alia huiuſmodi, ab alijs quoque Pontificibus Maximis præceſſerunt, tamquam à diſpenſatoribus myſteriorum Dei liberaliſsimis. Et tamen nihil ſecutum eſt, quo Principum hæreticorũ animos inflexos fuiſſe appareret. Miſsi legati, miſſæ amantiſsimæ literæ; euocati ijdem, vt diximus, ad loca tutiſsima.

Quin

Quinetiam è Catholicis Sacerdotibus ad eos iuêre, qui nulla alia re, quàm charitate, ac ſolida ſcientia muniti inter medios compedes, & equuleos, quibus excepti ſunt, vitam conſtantiſsimè profuderunt. Sed & apud tales tali ratione nihil effectum; niſi quòd Catholici in fide confirmati, cùm etiam plures ad vnam Catholicam Religionem accederent, vnam veritatis defenſionem componendi viam eſſe vnicam in ſeipſis experti ſunt.

Quare & vnica hæc ratio reſtat inconcuſſa, qua ſemper Chriſtiana Reſp. vſa eſt ſaluberrimè; dum ipſiſsimis vſa eſt ſeruandæ, ac reuocandæ vnitatis mediis, quæ Deus ipſe inſtituit, quæ quidem opmè obſeruauit Stapletonus. Hæc verò ſunt: Primùm quidem ipſe Spiritus ſanctus, in corda fidelium effuſus, vt ſeruetur (ait Apoſtolus) vnitas ſpiritus in *vinculo* pacis: Deinde regula ipſa fidei *initio à Spiritu* ſancto per Apoſtolos promulgata: Præterea conſtituti ex præſcripto CHRISTI Domini in ſingulis per orbem Eccleſiis per ciuitates presbyteri, & Epiſcopi, vt vno aliquo ad tempus conſtituto vice CHRISTI, is confirmaret fratres ſuos, huic vniuerſa fraternitas obediret, Vnitatis autem origo oſtenderetur, vnaque Eccleſia monſtraretur, & ſchiſmatis occaſio tolleretur: occurreremus denique omnes in vnitatem fidei: ad hæc mutuæ, & conſentientes Epiſcoporum litteræ. Denique Concilia tum *prouincialia*, tum generalia. Porrò quænam, & quanti eſſet momenti Regula fidei (quæ quidem *latius* patet, quàm fidei Symbolum (teſtatiſsimum *ij* reliquêre, qui vixerunt Apoſtolicis tempo

Tit. 3. Rom. 5. Eph. 4. Luc. 22. Cyp. lib. 1. ep. 3. & lib. 4. ep. 9. Hier. ad Euag. & cõtra Iouinianũ. Cypr. de Vnit. Eccleſ. Eph. 4. Amb. ſermo. 88. Augu. in Enchir. ad Laur. c. 56. & lib. de vel and. vir.

gin. & ante eũ Tertul. inquẽ vide Pamelij epiſt. dedicatoriam initio libri.

Aug. ite ep. 57. & initio lib. in Gen. imperfecti, & de fide ad Per. dia. & de fide, & operibus.

Epiph. in Anchora to. Theodor. in libello Diuin. decr.

Ignat. in lib. de tradit. Apoſtolicis.

vt cõmemorat Euſeb. hiſt. eccl. li. 3. cap. 30.

Tertull. lib. 4. ad uersus Marcionem.

temporibus, aut his fuere vicini. Quin ipſimet Apoſtoli, eos, qui nutaſſent in fide, iſthuc, tamquam ad rectiſsimam normam, reuocabant. Itaque non ſemel D. Paulus vrget Romanos, & Coloſſenſes, vt permaneant in fide tradita, fundati, & ſtabiles, quæ per vniuerſum mundum prædicata eſt: Timotheum, vt depoſitum cuſtodiat, formamque habeat ſanorum verborum, quæ ab ſe audiuerat: ſe ipſum, ne in vanum curreret. Cùm agnouiſſent (alloquitur Gallatas) gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras mihi, & Barnabæ dederunt ſocietatis; hoc eſt (ait Tertullianus) vt cum auctoribus contulit, & conuenit, de regula fidei, dexteras miſcuere: Itaque idem inquit Tertullianus, Gallatas ad regulam fidei correctos. Corinthios autem Apoſtolus docet, contentioſum, qui nec à natura, nec à lege vetere, nec ab Euangelio petitis argumentis, velit acquieſcere, ſola conſuetudine, & auctoritate Eccleſiæ Dei eſſe compeſcendum. Propterea qui nouam delegalibus doctrinam inuehere ſine maiorum auctoritate volebant, repreſsi ſunt ab Apoſtolis. Quoniam audiuimus (dixêre) quòd quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus; placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cùm chariſsimis noſtris Barnaba, & Paulo, hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri IESV CHRISTI. Miſimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui

ſan

ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete. Et Apoſtolus cùm fidei Regulam vocaſſet rationem, hoc eſt analogiam, ſiue proportionem fidei: Hanc (inquit) quicunque ſecuti fuerint, pax ſuper illos. Et obſeruandos eos monet, qui ita ambulant, ſicut (ait) habetis formam noſtram. Quòd ſi ab Apoſtolis ad viros Apoſtolicos inferioráque proxima ſæcula deſcendere libeat; Irenæus ait, ſub Clemente Pontifice, diſſenſione non modica inter Corinthios facta, ſcripſit quæ eſt Romæ, Eccleſia potentiſsimas litteras Corinthijs, eos ad pacem congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab *Apoſtolis receperant*, traditionem. Et paulo poſt: *Si Apoſtoli* (ait) non reliquiſſent nobis *ſcripturas*, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Eccleſias? Sic item Origenes, & alij. Et D. Cyprianus ad Pompeium: Si ad diuinæ traditionis caput, & originem reuertamur, ceſſat error humanus. Et S. Hieronymus contra Luciferianum: Poteram vniuerſos propoſitionum tuarum riuulos vno Eccleſiæ Sole ſiccare. Et Epiphanius, ſpeciem ſcribit, ſiue formam Eccleſiæ, bituminis vim habere, fugantem horrenda, & pernicioſa dogmata, quæ ſerpentinam formam, & ſpeciem viperarum gerunt. At D. Auguſtinus, Si auctoritas *Cypriani* (inquit aduerſus Donatiſtas) ſequenda *eſt*, magis eam ſequendam eſſe in vnitate ſeruan

Rom.12. 2.Cor.1. Gal.6. Phil.3.

Irenæus lib.3.c.3. & 4.

Epiph. hæreſ. circa fin. Aug. li.2. c.9. de baptiſ. contra Donatiſtas.

ſeruanda, quàm in Eccleſiæ cõſuetudine mutanda.

Sed & regulam fidei (voluerint, noluerint) monſtrarunt (quod ſupra attigimus) damnatæ hæreſes. Eas enim, quæ eouſque eruperant, cùm D. Auguſtinus enumeraſſet, ſic addit: Quid cum iſta ſentiat Catholica Eccleſia, ſuperfluè quæritur, cur propter hoc ſcire ſufficiat, eam cum iſta ſentire, nec aliquid horum in fide quemquam recipere debere. Ac ſanè quìnam hæretici ſint, non tam ab hoc ſeculo, quàm ab omni anteacta ætate, planiſsimum eſt. Ipſam enim ſi vniuerſalem Eccleſiam intueamur antiquiſsimam, an-ne Aſia, & Græcia per Theodoretum, per Epiphanium, per Diuos Baſilium, & Chryſoſtomum, & alios; Africa per D. Auguſtinum, Optatum, Victorem; Occidens per ſanctos Hieronymum, Ambroſium, Hilarium; hæque omnes Chriſtiani orbis partes per Synodos legitimè celebratas, prodent eaſdem, quas damnarunt, hæreſes, ipſiſsimas eſſe quas hoc ſæculo reuocarunt ab inferis Lutherus, Caluinus, & reliqui? Quòd ſi qui tandem, veterum hæreticorum more, è tanta luce euadere volentes, obiecerint, aut occultas Apoſtolorum traditiones, aut communem populorum errorem ab Apoſtolica traditione recedentium, audiant, quid Irenæus, & Tertullianus iſtis reſponderint. Illi e-

Iren. lib. 3. cap. 2. & 3. tenim (inquit) ſi recondita myſteria ſciuiſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim, & latenter à reliquis perfectos docebant, certè vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant, quos

Tertull. de præſcript. & ſucceſſores relinquebant. Tertullianus autem. Hoc ſi ita eſt (ait) neglexit officium Dei villicus Chri

Christus, vicarius Spiritus sanctus, sinens Eccle- „
sias aliter interim intelligere, aliter credere, quod „
ipse Apostolus credebat. Quomodo verisimile est, „
vt tot, ac tantæ Ecclesiæ, in vnam fidem errauerint? Et paulò post. Tot millia millium perperam „
baptizata, tot opera fidei perperam ministrata; tot „
virtutes, tot charismata perperam operata; tot sa- „
cerdotia, tot ministeria perperam functa; tot de- „
nique martyria perperam, & in vacuum, &c. Hæc „
ille aduersus hæreticos; Qui quidem Ecclesiam perijsse dicebant (ait S. Augustinus) quoniam in illa non erant: quique cum dictitarent, nullibi, præterquàm apud sese, Ecclesiam esse, retulerunt ab eodem responsum illud: Video, quod fieri non „
potest, pars Donatistarum corpus deuicit; angulus Africanus orbem terrarum excluſit; gens vna vniuersas *gentes* adduxit; sarmentum vitem *præcidit, & ramusculus* arborem amputauit. Hæc „
D. Augustinus. Videbat enim perspicax vir, nisi *certa fidei* regula fuisset relicta, potuisset obiici Deo (id quod cogitatu blasphemum est) mentitum fuisse Prophetam, qui inquit: Quia hæc dicit Dominus; Ecce ego declinabo super eam quasi „
fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem „
gloriam gentium, quam sugetis. At gloriam gentium nunquam ferè inundauit nisi Catholica religio, quam vt submoueret Satanas, zizania seminauit, & torrente maledictorum, ac diuersarum *hæresum* quæsiuit perennem illum fluuium pacis *auertere.*

Aug. cõtra Crescõnium.

Et cõtra Fulgentiũ Donatistam.

Esa. 66.

Sed quod innuimus de Episcopis, summóque Pontifice *in Ecclesia* constituto, per quos vnitas

ſeruaretur, & diſciſſa ſarciretur, illud maximè teſtatur, quod nullum vnquam Eccleſiæ tribunal agnitum eſt, quod ex legitimis Epiſcopis, qui eundem Pontificem à CHRISTO ſibi præfectũ crediderunt, conflatum non fuerit. Et mutuas quoque, ac conſentientes Epiſcoporum litteras fuiſſe diximus Iudicij Eccleſiaſtici ad reprimendos errores in fide medium celebrè. Quæ litteræ cùm nominarentur formatæ, & communicatoriæ, abſentium conſulta, reſponſa, & conſentientes ſententias continebant. At Caluinus aſſeruit, Patriarchas à Synodo Nicæna, Patribúſque fuiſſe inſtitutos ad vnitatem ſeruandam. Hanc nimirum optimam fuiſſe rationem, qua Occidens, Oriens, Ægyptus, in vnitate conſeruarentur. Patriarchales verò, ac primarias verè fuiſſe Eccleſias, Romanam, Alexandrinam, Antiochenam, neque Caluinus, neque ante hunc Lutherus diffitentur. Hieroſolymitanam quidem dignitate, non poteſtate fuiſſe quartam, quippe cuius Epiſcopus quarto, in Synodis loco ſederet, nulli Epiſcopo, Archiepiſcopóve præeſſet (ſicut reliquæ) & Archiepiſcopo Cæſarienſi, Palæſtinæ Metropolitano, ac proinde item Antiocheno Patriarchæ ſubditus erat. Nam Conſtantinopolitanus Patriarchatus multò poſtea acceſsit, quòd Nicænę Synodi tempore nondum nè ipſa quidem Conſtantinopolis eſſet fundata, quæ vigeſimoquinto anno Imperij Conſtantini, qui annus fuit poſt Nicænam Synodum quintus, dedicata eſt; quemadmodum in Chronico ſcripſit D. Hieronymus. Hæc cùm ita ſint, ac Romanam ſedem tenuiſſe primas

primas, ex Synodo illa non negetur, ipſaque ad vnitatem (inquiunt) tuendam, inſtituta ſit, eademque extet adhuc, nec aliam fidei profeſsionem Eccleſia Catholica nunc teneat, quàm eam, quæ à Nicæna, & ab alijs, quæ conſecutæ ſunt, Synodis, accepta eſt; quid obſtat, cur in Occidente ſaltem nos, qui (vt iſti volunt) ſub Patriarchatu Occidentis degimus, hinc fidei vnitatem petamus? Nam vt inde aliæ quoque ſedes Patriarchales petierint, hiſtoriæ omnes commonſtrant. Quòd ſi prioribus illis ſæculis vſque ad Gregorium Primum, viguiſſe illius auctoritatem, & fidem, poſtea degeneraſſe dicatur, ecquis iſtam ſententiam tulit? Et vt legitimus aliquis tuliſſet iudex (quod nunquam compertum eſt) cur priorum illorum ſæculorum conſenſus, Patres, verbum Dei rectè expoſitum, Sacramenta, cærimoniæ, ritus, Eccleſiæ ordinatio, & diſciplina, non peruntur, per quas diſſidia ſtatim tollentur? Videt iam (opinor) Miles iſte, aduerſum quem ob veritatis, & pietatis ſtudium agimus, quàm impudenti temeritate modus hîc vniendæ Eccleſiæ certiſsimus detrectaretur; quem Spiritu ſancto inſpirati Dei homines nobis (vt tamen videbatur putaſſe Caluinus ipſe) reliquere. Putabat inquam; Nam propter illos tam frequentes lapſus, & ἀνισορίαν, quos partim ignorantia, partim prauitatis vitio commiſit in negandis primò Diuinorum librorum partibus, in verbo Dei peſsimè vel detorquendo, vel pernegando, atque in Hiſtoricis ſupprimendis, aut falsò citandis, etiam in eo, quod inquit, à Nicæna Synodo inſtitutas Patriarchales illas tres pri-

mas ſedes, turpiter labitur. Vt enim mos antiquus perduraret in Ægypto, vel Libya, vel Pentapoli, vt Epiſcopus eorum omnium haberet poteſtatem, ſimiliter autem & apud Antiochiam, cæteráſque Prouincias, honor ſuus vnicuique ſeruaretur Eccleſiæ, & quoniam mos antiquus, & vetuſta traditio obtinuerat, vt Hieroſolymorum Epiſcopo honor deferretur, haberéque conſequentem honorem, Synodus illa approbauit, non inſtituit. Eccleſiæ verò illæ Patriarchales habitæ ſunt propriè, in quibus Petrus tanquam Epiſcopus ſedit. Petrus autem Antiochiæ, ac Romæ per ſeipſum, Alexandriæ verò per diſcipulum Marcum, ſedit. Qui Petrus, quoniam Romæ mortuus eſt, torâque poteſtas pro regimine Eccleſiæ neceſſaria à CHRISTO ſibi tradita in ſucceſſoribus ſuis tradita reperitur, Romana Eccleſia prælata eſt omnibus. Huc ergo tanquam ad medium quoque certiſsimum conciliandæ pacis, veniendum eſt.

At quod de Synodis diximus, cum (quemadmodum ſuperioribus ſæculis fieri ſolitum eſt) plures prouinciales hoc ſæculo habitæ ſint, Moguntina, Treuerenſis, Colonienſis in ipſa Germania ſuperiore, Mechlinienſis autem & Cameracenſis in Belgio, aliæque alibi, hæque vnanimes fuerint; acceſſerit denique generalis Tridentina, quæ doctiſsimè, & conſtanter omnem pijs ademit ſcrupulum, & veritate conſtituta, diſſenſiones ſuſtulit; quid nodum in ſcirpo quærunt iſti, ſemper quærentes, & nunquam ad agnitionem veritatis peruenientes?

An

An cum difficillima videatur esse curatio plurimorum in Gallijs hominum, qui in hæreses prolapsi, pertinaces sunt, ratio vlla sit, qua saltem qui Catholici sunt, seruentur integri in fide, reliquorum autem sanitas minore cum periculo subinde curetur.

FVisse ingentem Gallorum gloriam, Regnúmque potentissimum, dum non tam armis, quàm Religione Catholica nixum, pacis suis, terrori exteris fuit; nostro tempore ostendit post priscos historiographos vir eruditæ pietatis Claudius Sanctius, Episcopus Ebroicensis. Sæpè tamen inuidia Diaboli, & improbitate hominum, vel ab hæresibus attentatum, vel à peccatis alijs concussum est, vt prorsus ruere videretur. Sed cum ad pristinas artes *diuina* miseratione reditum est, quibus ea *gloria* stabat, ilico tanta Regni moles, *licet penè* tota esset attrita, vires suas recepit, atque *conualuit*. Quare qui eos Gallicæ gloriæ casus, è contrario autem hanc iterum semper, cum in curationem sedulo incumberetur, resurgentem cogitauerit, habebit vnde Regni soliditatem sperare possit. Quippe neque hoc Deo difficillimum est, ante quem quasi momentum stateræ (ait Scriptura) & gutta maris antelucani, sic est omnis orbis. Et nobiles Regni partes, atque prouinciæ, in Catholica Religione stantes, radicem illam adhuc viuæ fidei seruant, ex qua si serio ab *ijs*, ad quos hoc attinet, ageretur, cæterarum vigor *possit* reuiuiscere. Neque enim ingens oriretur *messis* solùm è tanto, sed ex multo minore seminum *numero*, si accuratius excolerentur. Et *Sap. 11.*

cum ſemina iſta inter ſummas procellas Diuina manus hactenus cuſtodierit, poſſemus illud ſperantes concinere : Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. Nulla verò (inquam) paullo inſignior ciuitas eſt in Gallia, quin perpaucis exceptis tota, vel penè tota, Catholica ſit, templáque & ſacerdotes, ac Sacrum & Sacramenta, ritúſque exerceat antiquos. Nam Pariſij, Rothomagus, Toloſa, Bituriges, Aurelia, Andegauum, Burdegalæ, Lugdunum, Aquæ in Prouincia, Maſsilia, Narbona, Pictauium, Turonum, Troiæ, Ambiani, Rhemi, Diuionum, & frequentes aliæ auitam Religionem tuentur : Neque penè oppidulum fuit aliquod, quin (niſi ipſa aliquot ciuium proditione captum ſit) defenderit ſeſe aduerſus quantaſcúmque hoſtium molitiones. Hoc igitur rerum ſtatu, quamuis etiam priuatæ factiones in Regno magnæ ſint, tractúſque aliqui hæreſibus infecti, non tamen deſperandum, CHRISTO duce, & auſpice Spiritu ſancto, eo, qui res hoc ipſo in Regno olim deteriores ad priſtinum ſtatum reſtituit : Adſit fides, ac quæ ſunt in manibus integra, hæc Diuino cultu, & iuſtitia firmius adhuc ſanciantur, ex hiſque operarij accuratè ad Eccleſiam ſobriè, & Catholicæ regendam efformentur; certè ſenſim hæreſes quaſi obſiderentur, & euaneſcerent. Nam enim cùm vnius Geneuæ (ciuitatis quidem haud magnæ) pauci hæreſibus ſpargendis inuigilarint, tantáſque aliquot annorum ſpatio euomere faces potuerint, Diuina virtus erit imbecillior, quæ ignem illum, qui non conſumit, ſed lucet, ſpargere nequeat, præſertim ſi

in

in tot ac tantis, quas diximus, ciuitatibus, tanquam in Ecclesiæ CHRISTI fornacibus, iterum diligentius excitetur? Et sanè cum pauciſſimi viri nouum orbem Christianum Ecclesiæ hoc sæculo adiecerunt tum cùm omnia retrolabi videbantur: nos, quam habemus in manibus patriam verebimur tueri? Si verò quam ciuitatem vult ingredi Rex aliquis, hæc vnico die tota mundatur, cum quiſque viæ suæ partem euerrit; an dubitandum est, forè, si Diuinum auxilium vnanimes Catholici implorent, tergat autem quiſque proprias maculas, quin Deus, quasi denuo triumphans, regrediatur in hoc Regnum, quod positum ſuper montem Orienti, & Occidenti, miris fidei Catholicæ radijs ita illuxit, vt Turcæ, Regem Regum, Galliæ Regem, honoris ergo nominauerint? *Sic igitur* exhibit Deus in virtutib⁹ suis, *réſque adhuc* ſecundiores faciet illa inuicta *Domini dextera*, si concordem etiam bonorum animum viderit eorum præſertim, qui cum sint Catholici, primas in Rep. tenent. Námque vt per vnum Solem non fit, vt modo aër æſtuet, aut ſerenus sit; modo frigeſcat, vèl sit nubiloſus, ſed accedat neceſſe est, minorum quoque ſtellarũ vis illa, quæ iſtos effectus pariat: sic sanè ad tranquillandum Regnum non ipsa vnius Regis, qualem à Deo expectamus, mens, & pietas, ac poteſtas satis erit. Scimus enim defectiones Solis, non huic, ſed *interpoſitioni* Lunæ, vel terræ, vel aliarum vmbrarum, aut nubium tribui. Itaque qui in ſupremas poteſtates ſæpè culpas conijciunt, si ſeipſos reſpexerint, effectúſque & vmbras ſuas ſubtrahant, fiet

breui, vt clarisſimè micet poteſtas futuri Regis, honor Magiſtratuum, Eccleſiæ Catholicæ ſplendor. Cæterum qua-nam ratione Reges ipſi labentem Galliæ ſtatum inſtaurarunt, dicendum eſt. Ludouicus, & Rex, & Sanctus, ab infantia inter Monachos enutritus, dum ſub paludamento militari, & Regia purpura, in vnicum Dei obſequium, omnem vitæ ſuæ curriculum referebat, caſtiſsimè viuens, colluuiem Albigeorum aliunde in Gallias exundantem deleuit, & hæreſibus in Regno extinctis, terrorem Gallicum Saracenis latiſsimè intulit, próque Chriſti regno aduerſus perfidos propagando (quo conſilio nullum magis regium, aut Chriſtianum eſt) vitam ipſam profundere commeruit. Hîc ob tam inſignem pietatem, cum Paſtores nominandi, ac diligendi poteſtatem ab ſummo Pontifice ſibi conceſſam intellexiſſet, ac rediens Roma Legatus diploma Pontificium hac de re tuliſſet, reſpondit: Quòd mea Romæ negotia ſtrenuë obieris, laudo: quòd mihi à Pontifice munus hoc retuleris, non admitto. Intelligo enim quantò cum periculo animæ meæ, ac Regni ſuſciperem. Ac protinus diploma igni tradidit. Hac igitur mente in primis, tanquam validiſsima vi, & machina, extinxit hæreſes, mores formauit, fidem Chriſtianam promouit. Sed & ante ſanctum hunc Regem ſtrauerat ijſdem artibus ad hæc viam Philippus Auguſtus, quo tempore bellis ciuilibus vigentibus, Normanniſque bello Galliam acerrimè vexantibus. Albigeis quoque hæreticis intra Regni viſcera exteſnam gentem inuehentibus, Capetorum etiam Monarchia nōdum firma

ſed

ſed vix adoleſcente, omnia ruere videbantur. Quid igitur Philippus fecit? Roberti Regis præceſſoris ſui ſemitam incedens, Epiſcopis primas in Rep. partes nobilium factione ſublatas, reddidit: hoſce quibuſcumque rebus licuit, fouit, hæreticos autem, & Eccleſiæ oppreſſores coërcuit; Iudæos Chriſti hoſtes Regno expulit, ſicque poſtea Normanni prorſus debellati ſunt, & eſt Galliæ integra quies reſtituta. Eandem hanc de Religione curam ſibi inprimis ſuſcipiendam Hugo Capetus Pariſienſis Comes intellexerat, ſi Galliæ hoſtes deuictos cuperet. Ac Pipinus, & Carolus Magnus, cùm Saracenos, & hæreticos Gothos Galliam vaſtaſſe vniuerſam, ſimoniam ſacris ordinibus, & ſacerdotijs admixtam fuiſſe, bella quoque ciuilia inter Reges fratres arſiſſe, ſocordia denique Regnum pene interire, vidiſſent, intrepidè *inter ſummas difficultates*, atque pericula connixi *ſunt, vt* Chriſtiana religio, morésque auiti reuocarentur. Et ecce tranquillitas magna facta eſt; afflante videlicet progreſſui Deo, qui adſpirauerat cœptis. Tua itaque quum vnicuique ordini redderent, Deóque vſurpata primùm reſtituerent, Epiſcoporúmque dignitas Deo proxima iam emineret, renunciarunt quoque ipſi per ſeſe iuri nominationum Eccleſiaſticarum, vt electio rediret ad Clerum. Videbant enim eatenus Principibus infeliciter ceſſiſſe permiſſam poteſtatem miſcendi profanis ſacra, atque ad aulicorum importunitatem præficiendi quoſlibet ſacerdotijs. Hoc igitur complanato ad Diuinum præſidium demerēdum, ſtatim reuixit Regnum, ex quo mox exacti ſunt ab

ijſdem ex Italia Longobardi, alijque Ariani: ex Gallia,& Hiſpania Saraceni; ex Saxonia, & reliquis Germaniæ populis,idola; potentiſsimúmque orbi Chriſtiano non tam Regnum, quàm Imperium, relictum eſt.Id quod Carolus Magnus vna cùm liberis, cùm religioni potius, quàm bellicæ virtuti ferret acceptum, reliquit etiam ſcriptum; plures à ſe victorias reportatas, dum in Monaſterijs orans pernoctaſſet, quàm dum in prælijs(quæ tamen plurima commiſit)manum cùm hoſte conſeruiſſet. Superioribus item ſeculis, antequam hi naſcerentur, cùm tota pene Regni maſſa corrupta eſſet, neque iam Gallia remedijs pateret, quæ omnibus ſacrilegijs & ſceleribus patuiſſet, Gunthramnum Regem (inquit Gregorius Turonenſis) amaritudo cordis obſedit. Ad baſilicam S. Symphroniani martyris Duces & Epiſcopos congregauit, atque hunc ſermonem habuit. Qualiter hoc tempore victoriam obtinere poſſumus,cùm „ea, quę patres noſtri conſecrarunt, non cuſtodi„mus?illi verò Eccleſias ędificantes,in Deum ſpem „omnem ponentes,Martyres honorantes,Sacerdo„tes venerantes, victorias obtinuerunt, gentésque „aduerſas Diuino opitulante adiutorio, in enſe, & „parma ſæpius ſubdiderunt. Nos verò non ſolùm „Deum non metuimus, verumetiam ſacra eius va„ſtamus,Sacerdotes interficimus, ipſa quoque San„ctorum pignora in ridiculo diſcerpimus,ac vaſta„mus.Non enim poteſt obtineri victoria, vbi talia „perpetrantur. Ideo manus noſtræ ſunt inualidæ, „enſis tepeſcit, nec clypeus nos, vt erat ſolitus,de„fendit,ac protegit.Ergo ſi hoc meęculpę adſcribitur,

Gregor. Turon.l. 8.c.30.

tur, iam id Deus, capiti meo reſtituat. Certe ſi regalia iuſſa contemnitis, & eā, quæ præcipio, implere differtis, iam debet ſecuris capiti veſtro ſubmergi. Erit enim documentum omni exercitui, cum vnus de prioribus fuerit interfectus. Veruntamen experiri debemus, quid agi oporteat. Siquis iuſtitiam ſequi deſtinat, iam ſequatur. Siquis cōtemnit, iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius eſt enim, vt pauci contumaces pereāt, quàm ira Dei ſuper omnem regionem dependat innoxiam. Hæc Rege dicente, reſponderunt Duces: Bonitatis tuæ magnanimitas, Rex optime, enarrari facile nō poteſt, qui timor tibi in Deum ſit, qui amor in Eccleſias, quæ reuerentia in Sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæue diſpenſatio in egenos. Sed quia omnia, quæ gloria veſtra profert, recta, veráque eſſe cenſentur, quid faciemus, quòd populus omnis *in vitium* eſt dilapſus, omnémque hominem agere quæ ſunt iniqua, delectat; nullus Regem metuit, nullus Ducem, nullus Comitem reueretur: & ſi fortaſsis alicui iſta diſplicent, & ea pro longæuitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur, & in tantum vnuſquiſque contra ſeniorem ſæua intentione graſſatur, vt vix ſe credat euadere, ſi tandem ſilere nequiuerit? Ad hæc Rex ait, Siquis ſequitur iuſtitiam, viuat. Siquis legem, mandatúmque noſtrum reſpuit, iam pereat, ne nos *diutius* hoc blaſphemium proſequatur. Hæc Gregorius Turonenſis. At ante Gunchramnum cùm Clotarius Rex indixiſſet, vt omnes Eccleſiæ Regni ſui tertiam fructuum partem perſoluerent,

proxi

proximus Diuinæ vltioni fuit, nisi præstantis Episcopi virtute repressus, sententiâ mutasset. Cùm enim inuiti omnes Episcopi scribendo adfuissent, vnus Turonum Episcopus id respuens, liberè dixit: Si volueris res Dei tollere, Dominus Regnum tuum velociter auferet: quia iniquum est, vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua horrea compleant. Et iratus contra Reg em, nec Vale dicens, abscessit. Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem B. Martini, misit post eum cum muneribus, veniam precans, & hoc, quod fecerat, damnans.

Gregor. Turon. l. 4. cap. 2.

Nota denique sunt Christianissimi in *Gallijs* fundamenta, & progressus; cùm Clodouæus, quod ex S. Remigij Rhemensis Archiepiscopi ore acceperat, id ad effectum deduci curasset. Erat enim scelerum omnium, atque perfidiæ plenissimum Regnum, cui necdum Christianus Rex præerat. Archiepiscopus igitur, dùm baptismo tingeret Clodouæum, monet, caueret, ne vmquam *ipse* postea latum à susceptâ Catholica Religione vnguem discederet. Tamdiu enim coronam Regum capitibus hæsuram, quamdiu Catholicæ fidei, & Ecclesiæ adhærerent. Is ergo primum aduersus Arianos mouit exercitum, à promotione fidei, promotionem Regni rectissim auspicatus. Quare & longè, latéque victor non minus Regnum in Ecclesia, quàm hanc in Regno, firmissimum statuit. Hæ videlicet rationes fuêre, quibus sanatum est Regnum à Regibus. Quas sane hoc quoque tempore iniri posse, saltem cùm sanis in fide Catholica Galliæ partibus, nemo non videt. Sic enim

nim hæ veluti quibuſdam aggeribus munitæ, vim promouebunt vlterius, vt hæreſes quoque, & factiones, veritate, exemplo vitæ, iuſtitia, ruant vel contabeſcant. Quidquid autem vicinum Catholicis prouincijs, & ciuitatibus erit ſanandum, facile admittet medicinam, ſi quaſi à membris primarijs rectè valentibus, gradatim depellantur miniſtri impietatis hæreticæ, & in horum locum ilico ſufficiantur Catholici, & pij Sacerdotes, & concionatores, ac ciuilium rerum Catholici adminiſtratores. Quod quoniam aut hactenus effectum non eſt, aut poſt conſecutas victorias rectus earum vſus defuit, paxque ſæpè, quæ non erat pax, à claudicantibus ad colligendas iterum fraudes, & hoſtiles copias, eſt procurata; non ſolùm ſanata non eſt reliqua Regni pars, ſed & quæ ſana erat, in ſummam *perniciem* incidit. Etenim cum noui eſſẽt *exercitus* ſcribendi, vt externa vis ſubmoueretur; *aut interiores* faceſſerent tumultus, nouarum *difficultatum* moles erumpebat, qua mole, quæ conſilia haud maturè ſuſcepta fuerant, paulo momẽto, quaſi aduerſo flatu corruerunt. Inter eas autẽ difficultates præcipua fuit, quòd quæ potiora ſunt, omittebantur; vt ſi recuperatis arcibus, præſidia militum, & machinæ bellicæ imponendæ neceſſario viderentur, non tamen haberentur ad manus, quæ recuperandis animis, & reuocandis ab errore mentibus erãt perneceſſaria: Sacerdotes nimirum pij, & libri, ac ludimagiſtri Catholici, quique vera Catholica Religione imbuti mox iuſtiam paterno animo adminiſtrarent. Quæ cũ poſt victorias defuerint, quid ex licenti militum (fide tenus, non

pieta

pietate) Catholicorum vita ſperari poterat, præter rapinas, aut vim, aut blaſphemias, aut mœnium cuſtodiam? quum tamen viui lapides ij ſint, ex quibus quæ in cęlo ciuitas eſt, conſtruatur, Regnáque ad eius exemplar ædificanda ſint, & conſeruanda. Et quidem qui legitimus erit in Gallia Rex, ſentiet, teneri primùm ſe, deinde & alios, vt animũ à noxa alienum (Deo videlicet ſempet adſpirante) retineat. Quo belli ſpiritualis apparatu, nullus vmquam validior erit. Qui quando in vniuſcuiuſque manu poſitus eſt, non procul, ſed à ſeipſo accerſendus eſt. Hic verò ſi ſteterit, ecquid Regem prohibebit, quo minus ab cubiculis, ab aula, & à Templis, in quibus rei ſacræ operam dabit, ableget impuram iuuentutem, blaſphemos milites (quantamcumque obtendant fortitudinem bellicam) hominésque deinceps hæreticos; & eos quoque charos non habeat, ſed ab Eccleſia corrigi curet, qui cùm Eccleſiæ bona poſſideant, neque animarum ſuarum, nec commiſſarum ouium curam gerunt? Tum verò neutrales, & peſtem illam nutantium hæreticorum amãdet, adſcitis conſiliarijs integerrimis, quorum conſilia exploret. Denique ſenſim, quod fructuoſiſsimè Rex Dauid faciebat, conſulat in rebus fidei os Domini, per ſummũ Sacerdotem, hoc eſt nunc per Chriſti Vicarium. Vrgeat porro, quod Stephanus primus Hungarię Rex mira diligentia vrgebat, ordines quoſque, ſuo vt munere fungantur, præſertim Eccleſiaſticos, qui animaRegni eſſe debent, quique niſi ſuum officium præſtent, Regnum ipſum ſit cadauer; omnibus hęreſibus, quaſi vermibus, ſcatens, & fœtens. In hoc

igitur

igitur, vbi cœperit, quanto magis ipſe Rex perget, magis Deus ipſe Regno Galliæ (operi nempe manuum ſuarum) aderit. Is vtique, qui dat velle & perficere, per vndecim ſecula vnicum hoc fuiſſe antidotum oſtendit extinguendis hæreſum, & ſeditionum venenis; cum alioquin certiſsima ſtet Diuina illa comminatio; quàm Deus per Moſem pronunciauit, cùm dixit; Venient ſuper te omnes maledictiones, & perſequentes apprehendent te, donec intereas, quia non audiſti vocem Domini Dei tui; nec ſeruaſti mandata eius, & cerimonias, quas præcepit tibi. Et erunt in te ſigna, atque prodigia, & in ſemine tuo vſque in ſempiternum, eo quòd non ſeruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lętitia, propter rerum abundantiam; ſeruies inimico tuo, quem emittet tibi Dominus in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria, & ponet *iugum ferreum* ſuper ceruicē tuam, donec te conterat. *Adducet* Dominus ſuper te gentem de lon*ginquo*, & de extremis terræ finibus, in ſimilitudinem Aquilæ volantis cùm impetu, cuius linguam intelligere non poſsis, gentem procaciſsimam, quę non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuę, donec intereas: & conterat in cunctis vrbibus tuis & deſtruentur muri tui firmi, atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra. Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua, quàm dabit tibi Dominus tuus.

Theorema de Theorematibus alijs, quibus Nua Gallus Gallos hortatur, tum ad fœdus ſanciendum aduerſus Turcam, tum ad Collegia quædam militaria inſtituenda, veterisque militiæ delectum habendum.

IAm verò minus erit laborandum in agnoſcendo Militis ingenio, cum ex ijs, quæ diximus, facile perſpici poſsit, quanti quidque ponderis ſit, quod de fœdere aduerſus Turcas iciendo, deque militaribus Collegijs inſtituendis, & reſtituendis militiæ Gallicæ veteris ordinibus, diſſerit. Ac primum opinatur, effici poſſe, vt Gallia, cęterique qui huic adiungerentur fœderati Chriſtiani Principes, exercitus ingentes terra, marique ſcribant, qui quidem exercitus ſint ex Catholicis & hæreticis commixti. Tum duo tantis copijs, quæ non eodem itinere ducendę ſint, ęquo pręſint imperio, Dux Lotharingus, & alter, qui ſit à fide Catholica alienus. Pecuniæ ſumma octingentorum millium aureorum in ſingulos menſes iſti expeditioni addicatur. Mox petatur recta Byzantium. Quam ad rem quæ paranda, quæ prouidenda, quæ attentanda terra, marique ſint, diſſerit audenter. Sed bonus vir, lupum auribus tenet. Talem enim vel apparatum, vel expeditionem, nec Diuinæ litteræ agnoſcunt, nec vſus vmquam docuit, nec humanæ hiſtoriæ prodiderunt. Et verò Imperator nullus eduxit in aciem copias, qui hoſtibus propria reliquerit diripienda, dum ſectatur aliena; niſi ſtratagema id fuerit. Ludouicus Sanctus Rex (vt paullo ante diximus) prius Regnum compo

compoſuit; ex quo etiam eiecit Albigeos hæreticos; deinde contra Saracenos mouit. Et ſanè, quis febri laborans ſeipſo neglecto, alios curet; aut proprijs ædibus ruentibus, fulcra ſupponat alienis? Præterea plus quàm ſatis demonſtratum eſt ſupra, hæreſim cum Religione Catholica numquam conueniſſe. Et quidem in gratiam Chriſtianorum, qui cum ethnicis Imperatorum copijs permixti fuerunt conceſſas à Deo exercituum fuiſſe victorias, legimus; at in gratiam hæreticorum, Catholicis vmquam proſperè ceſsiſſe, nemo legerit. Quin etiam cùm interdum hæreticorum cohortes in ſubſidium euocatæ à Catholicis fuerunt, aut retardarunt victorias, aut proſperum harum exitum exitu altero poſteriore infœlici concluſêre; aut denique Regna prouinciáſque peſſumdantes, Mahometiſmo tradiderunt. Mitto detrectationem Imperij, ſi Dux Catholicus hæreticis copijs præſit: auerſiones item animorum; blaſphemias, quas iſti & concipiunt, & euomunt aduerſus Catholicos, cum è concione ſuorum miniſtrorum exiliũt, pronáſque ad proditionem mentes, dum hæretici cum ſchiſmaticis, aliiſque perfidis malunt, quàm cum Catholicis vitam agere. Quæ vt vera non eſſent, illuſtriſsimum profectò Diuinæ voluntatis teſtimonium eſt, Deum haud adeſſe hæreticis, quod Amaſiæ ſubſidiarias Iſraëlitarum copias cum fideli Iudæ tribu volenti iungere, præceptum eſt. Sic enim habet Scriptura. Congregauit igitur Amaſias Iudam, & conſtituit eos per familias, Tribunóſque & Centuriones in vniuerſo Iuda, & Beniamin: & recenſuit à viginti annis

2. Paral. 25.

" annis ſurſum, inuenítque triginta millia iuuenum,
" qui egrederentur ad pugnam,& tenerent haſtam,
" & clypeum. Mercede quoque conduxit de Iſraël
" centum millia robuſtorum, centum talentis ar-
" genti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait; O
" Rex,ne egrediatur tecum exercitus Iſraël;non eſt
" enim Dominus cum Iſraël, & filijs Ephraim.
" Quòd ſi putas, in robore exercitus bella confiſte-
" re,ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus. Dei quippe
" eſt adiuuare, & in fugam conuertere. Dixítque
" Amaſias ad hominem Dei;Quid ergo fiet de cen-
" tum talentis,quæ dedi militibus Iſraël?Et reſpon-
" dit ei homo Dei:Habet Dominus, vnde tibi dare
" poſsit multo his plura.Separauit itaque Amaſias
" exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim vt re-
" uerteretur in locum ſuum: At illi contra Iudam
" vehementer irati, reuerſi ſunt in regionem ſuam.
" Porrò Amaſias cõfidenter eduxit populum ſuum,
" & abiit in Vallem Salinarum, percuſsítque filios
" Seir decem millia: & alia decem millia virorum
" ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum
" cuiuſdam petræ, præcipitauerúntque eos de ſum-
" mo in præceps,qui vniuerſi crepuerunt.

Ecqua verò confiſio animorum mutua inter Lotharingum, ſuóſque Catholicos, cum altero, qui ſit à fide Catholica alienus, ſuíſque hæreticis eſſe poſſet, iudicent qui etiam iudicio carent. In templis enim Chriſtianorum,in quibus vel Græci liturgias, cæteráque de more habent, atque pias imagines retinent, & homilias Patrum adhuc magna ex parte recitant, vel vbi Catholici Catholicè omnino adhuc Diuino cultui vacant,quonam

Digitized by Google

nam animo Caluiniani essent, qui monumenta omnia, veteres omnes Patres, Christique insignia, & Sacramenta pedibus conculcarunt in patria, & vasa CHRISTI, in vasa Ægypti mutarunt? Quæ causa est, cur Religionis veræ vestigia quædam, & tanquam futura posteris semina pietatis, nostris autem antiquitatis indicia per Turcas mauult Deus seruari, quàm per hæreticos. Hi enim Christo dedere nomen, nec veritatis prætexere possunt ignorationem, cum Turcæ nondum Religione recepta, aut cognita, minus erga Christianos, quàm hæretici, hoc in genere peccent. Et qui fecere iter per medios Turcarum, aut Tartarorum fines, experti sunt, inter istos licuisse, Diuinam omnem rem sine vllo periculo agere, quæ tamen prorsus erat *summis* periculis exposita, & prohibita inter *hæreticos*, licet Catholicis Principibus *subiectos*. *Anglia* verò, cæteræque regiones eo *veneno imbutæ*, quid permittant, vel prohibeant, *docent*: dum tam dira nunquam supplicia fuêre à nominis Christiani persecutoribus inuenta, quin diriora hoc tempore aduersus Christianos intentauerint. Quæ cum dico, fœdus tamen omne, quo Christiana respublica lædatur, cum Turcis abrumpi cupio, ne cum fœdissimum sit, Christum cum Mahumete coniungere, atque huius sectarijs honorem, & obsequium à Christianis deferri, maiestas Christianissimi Regni apud Deum & homines pergat deminui, ob deminutam CHRISTI *Regis* Regum, tam infausta amicitia, vel fœdere *maiestatem*.

Porrò *Miles*, si sacram Gothifredi Bullionei, &

reliquorum expeditionem contra Saracenos perpenderit, intelliget, disimillimi istius, quem meditatus est, apparatus, finem disimillimum fore. Porrò tanta vel pecuniæ summa, vel hominum numero haud opus esset. Non est (inquit Deus) difficile Deo, saluare in multis, vel in paucis. Et Matthias Rex Hungariæ, quoniam erat Catholicus, Catholicásque habebat copias, militémque in virtute exercebat, sæpè trucem Christi hostem à Christiano Regno minoribus copijs auertit, finésque late Christiani propagauit Imperij, vt eo etiam, tanquam Ecclesiæ CHRISTI propugnaculo, Principes alij Christiani vterentur. Alexander quoque Epirotarum Regulus, quem Scandebergium Turcæ, & historiæ nominarunt, plurimis prælijs Turcas fudit, idque paucorũ millium hominum delectu habito, quos continenter in armis, officióque, vt & vna in fide, continebat. Notum est, quid Monfortius, & reliqui hócque ipso sæculo Catholici Lusitani effecerint tenuissima classe, qui dum pro CHRISTI nomine pugnarunt intrepide, frena iniecerunt oræ penè totius Orientis, quàm vel in tam disitis regionibus adhuc retinent. Teutonicorum etiam equitum ordo, qui primum in Phœnicia, deinde in Prussia, & Liuonia rem Christianam auxit, dum pauci aduersus plures populos sese veluti murum opponerẽt, floruit; magnóque vniuersæ Christianæ militiæ fuit incitamẽto. At vbi manus remisserunt, æquaríque Archiepiscopo Rigẽsi, & Sacerdotibus alijs, mox item præesse voluerunt, corruit Ordo, & plurimi eiusdem ordinis in hæresim lapsi cum fide gloriam,

gloriam, bona, cælum amiſerunt. Succeſſerunt Equites Rhodij, qui licet pauciſsimi, ecce tamen in vnius minimæ inſulæ Militæ anguſtias redacti, quanta ſunt auſi? Qui quoniam Religionem Catholicam non deſeruere, maria etiamnum percurrunt impauidi, & hoſtem immanem non ſemel repreſſerunt, maiores ſemper euaſuri, ſi pergant maiores eſſe ſeipſis; quippe ab animo noxas magis ſtrenuè, quàm à mari piratas abigant, & Chriſto, & D. Ioanni, cui militant, nullam malefactis iniuriam inferant. Neque verò multo antea Deus excitauerat Burgundos Principes pios, qui cum Aurei velleris ſocietatem inſtituiſſent, Catholicæ Religioni plus centum & quinquaginta annis præſidio fuêre aduerſus furentem rabiem Huſsitarum, Vuicleffi, & Picardorum, ſicuti etiamnum aduerſantur ſemini nequam Lutheri, Caluini, & reliquarum peſtium. Ex ijs autem, vti ex alijs militaribus ordinibus, qui ſub patrocinio D. Michaëlis Archangeli in Gallia, & D. Iacobi in Hiſpania inſtituti fuere, Collegiorum, ſiue ſeminariorum militarium forma elici, & perfici poſſet, quæ vno aſpectu facile refelleret inania Militis commenta, cum noua in Gallijs Collegia, Lugduni, Burdegalis, & alibi inſtituere, veterémque militiam reſtituere cogitat. Extant porrò aureæ, quæ dicuntur, litteræ, ſiue Bulla à Carolo Quarto Imperatore edita, ex qua in hanc vſque diem conſtitutiones Imperij depromptæ ſunt, quibus plerá-que omnia ſtatuuntur, quæ ad conſeruationem omnium ſpectant, quæue Catholicam religionem fulciunt, ne collabatur, aut collapſa ne deſeratur:

hoc vno tantùm mutilæ,quod pauciſsimi ſunt,qui eas obſeruent, nec quiſque hactenus Princeps præclariſsimum omnium facinus ad Dei gloriam aggreſſus eſt, vt tum ex iſtis, & aliorum ordinum legibus,tum ex ijs, quæ erudita hæc ætas ad militarem vſum conferre poteſt, ſeminaria excitaret militaria, in quibus adoleſcentes Chriſtianam pietatem,hiſtorias vtiles, militarem diſciplinam, ſic teneris mentibus exciperent, vt cum ijs adultæ mentes matureſcerent,enſem ad Dei gloriam vtiliſsimè ſtringerent, non ad abominanda ſcelera, blaſphemiaſve, aut tantùm ad luſorias chartas, & procacitatem abuterentur.

Et vtinam ij, qui plus æquo fidunt bellicis apparatibus;pecuniámque quàm pietatem, neruum putant eſſe belli potiorem, Deo in primis fiderent: huncque primarium exercitus Ducem, qui eſt Deus exercituum, ſibi præficerent, & è paucis probis, & fortibus copias cõſcribi mallent,quàm ex multis, & improbis: Aurum autem non tam multum,quàm iuſtè,ſine vllius iniuria,peccato ve colligerent:Denique iuſtis bellorum cauſis, conſiliarios Catholicos, & ſalutis æternæ etiam erga hoſtes deſiderium adiungerent; certè nihil eſſet tantum,quod adhuc perfici non poſſet:cum, contra,quibus expeditionibus hæ validæ virtutũ machinæ,atque ſinceriſsima Dei gloriç mens defuit, eædem bellicę expeditiones infinitam prope vim auri inutiliſsimè prodegerint,copias ingẽtes neci, ne dicam damnationi,tradiderint, ac tantum non complanant in dies iter Mahometi, vt quod reliquum eſt Europæ deglubat, & voret.

DE

Digitized by Google

DE
IOANNIS BODINI
LIBRIS

Consideratio, & Cautio.

QVOD de ingenio, scriptísque Bodini, qui multorum manibus teritur, existimari potest, hoc eò magis scribendum est, quòd rerum vsus, variarúmque in homine scientiarum species incautis sensim instillat Catholicæ Religionis obliuionem, vt mitissimè loquar. Eò verò etiam magis, quòd non ita pridem commendati sunt *Italicæ* genti versi ab Interprete aliquot *eius libri tanquam* viri (vt vocat) diuinissimi, & *perfecti Theologi.*

Et scripsit quidem ille (quæ ad nostras manus venerunt) Methodum historiæ, ac librum de Dæmonomania Latinè, sex verò de Republica libros Gallicè, quibus & mentionem facit libri de Imperio ab se editi, & aliquorum aliorum. At quoniam qui de Repub. sunt, non integri omnino Italicè exierunt, quòd qui eos purgarunt, minus forsan hæreticorum nouerunt insidias, aut alijs distenti negotijs, multa prætermiserunt; ideo in primis ex eius Methodo historiæ, vnde in reliquos *libros* plura transtulit, certius inchoandum iudicium est.

Vniuersa *igitur* hac tractatione hæresim sapit,

quòd Lutherum, Caluinum, Melanchthonem, cæteróſque nominet honorificè. Hiſtoricos item Peucerum, Carionem, & alios vſurpet ad faciendam fidem, qui & hæretici fuêre, & turpiſsimè in hiſtorijs lapſi ſunt. Quod ſi catalogus hiſtoriæ, qui methodo adiunctus eſt, ab eo ſic prodijt, quemadmodum Baſileæ editus eſt, anno huius ſæculi ſeptuageſimo ſecundo, ſanè hominem, qualis tunc fuerit, cum ea ſcribebat, manifeſtè arguit, eò enim tanquam manu, ad libros quoſque hæreticos, atque peſtilentes Magdeburgenſium Centurias tractandas lectorem ducit. Cum & antea D. Ioannis Apocalypſeos auctoritatem, ſectatus Caluinum (cuius & hoc de libro, tanquam feſtiuum, ſed impudentiſsimum dictum refert) non tam impudenter eleuet, quàm prorſus tollat, cum tamen antiquiſsimi * Patres, totáque Eccleſia Catholica, vt ſacroſanctam, & pleniſsimam diuinorum myſteriorum Apocalypſim illam ſemper agnouerit.

* *Dion. Areopa. c. 3. hierar. Eccl.* *Iren. li. 5.* *Tertul. li. 4. cont. Marcionē. Chry. hom. 3. in Pſal. 91. & alij.*

Negat porrò, Deum efficere poſſe Deum, quia (inquit) infinitum ab infinito fluere nequit. Quæ ratio iſti, nec Philoſopho, neque Theologo ſatis ſuaſit, nec Deum ex Deo, neque Filium ex Patre, neque Spiritū ſāctū ex ambobus procedere: nā vtraque procedēs perſona infinita eſt. Quòd ſi quæras, vnde homo iſte politicus hæc hauſerit, Ex terra ſenſibúſque cum D. Chryſoſtomo reſpondebo.

Pag. 322.

Pag. 325. Ait verò Deum eſſe cauſam mali & interitus κατὰ συμβεβηκός, hoc eſt per accidens. Et ſubdit, Cum aut ſcelerati, aut viri boni curam omittit, in quo errat: Deus enim nunquam non curat homines, & humana, licet ſubtrahat gratiam quibus ea pro ſua

Digitized by Google

ſua infinita ſapientia ſubtrahēda eſt: ac tamē etiam tunc humana maximè curat.

Cùm autem furioſorum actiones, inquiat, magis eſſe diuinas quàm humanas, non ita multò poſt inquit. Quem Deus, aut furor Diuinus ad vaticinandum afflauerit, &c. At diuinis vatibus nihil æquè aduerſatur, vt furor, vt inſania, vt mentis perturbatio, quemadmodum optimè vt D. Chryſoſtomus oſtendit: nec ipſemet Bodinus in libro de Dæmonomania negat. *pag. 23* *Chryſoſ. in 12. ca. ep. Corinth.*

Affirmat intemperantes nihil ſceleratè ſponte agere: itaque intemperantes Bodinus libertate ſpoliat arbitrij, quamuis liberum arbitrium non neget, eo potiſsimum libro, quem de Dæmonomania ſcripſit. *pag. 23*

Pontifices, & Sacerdotes ſub imperio Magiſtratuum *ait contineri*. Quare pluris erit ſæcularis *Dominus*, quam Romanus Pontifex, & *Principes quàm Epiſcopi*, hoc eſt oues quàm paſtores, præualebitque diuinæ & cæleſtibus clauibus humana poteſtas. *pag. 23*

Cornelium Tacitum impium iudicaret, niſi pro ſua tuenda Religione aduerſus noſtram ſcripſiſſet. Quod ſanè impiū per ſe eſt, neque verò à Chriſtiano ſcriptore, (qualis haberi volebat Bodinus) probandum. *pag. 64.*

Hiſtoriam de æneā CHRISTI Domini ſtatua è Nicephoro Calliſto, à Nicephoro Gregora, & ab Euſebio diligenter ſcripta, cuius ſtatuæ ora vim morborum omnium expultricem cuidam naſcenti herbæ tribuebat, fabulam, & nugas appellat. Sed nos hominis potius audaciam, qui rem trium haud *pag. 72.*

leuium auctorum ſcriptis teſtatam, & in quarta Actione ſeptimę Synodi generalis aduerſ⁹ Imaginũ hoſtes recitatam pernegat, non tam fabuloſã, quàm perfidam appellamus.

pag.113. Craſſo aëre putat Dæmones egere, quo ſuſtineri queant. Sed hoc inſcitiæ potius, quàm perfidiæ tribuendum eſt.

pag.117. Temporibus impietatis gloriam tribuit religionis, Chriſtianis ſęculis eam adimit. Quod quàm ſceleſte dicatur, ex ijs, quę contra Machiauellum obſeruauimus, licebit perſpicere.

pag.117. Et nonnullis anilibus Mathematicorum ſuper-
pag.118. ſtitionibus erui quadantenus veritatem poſſe profitetur. At quod tẽpori tribuit, id peccatis & alijs iuſtiſsimis cauſis, non aſpectui ſyderum, docet liquidiſsime diuina Scriptura eſſe tribuendum.

pag.121. Bohemi (inquit) & Saxones, primi Romanos ritus deſeruerunt. Quàm ſapienter (inquit) non diſputo: Quaſi verò de eo in vtramuis partem diſputari poſsit, debuerint ne Bohemi, & Saxones *ab* Eccleſia Catholica deſciſcere.

pag.122. Italia (inquit) à vetere opinione ęgrè diuelli poteſt. Vbi cùm opinionem vocat fidẽ orthodoxam, in qua Italia non perinde nutat, vt reliquæ prouincię Tranſalpinæ, intelligit cordatus, & Deum amans lector, quid in animo ſcriptoris reſidebat, quum hæc ſcriberet.

pag.123. Platonis & Xenophontis probat inſtitutum, qui Magiſtratibus Reip. cauſa mentiri permittunt. Atqui nõ id lex Dei, neque recta ratio permittunt.

pag.169. Ait neceſſe eſſe fingere nouum Orbem. Quod ſane fingere, hominis eſt aut ficti, aut fanatici.

Negat

Digitized by Google

Negat Pontifices habere Imperium, Vocationem, Prehensionem, Viatorem, aut lictorem. Quæ præsidia, cùm non solùm ad Pontificiam auctoritatem diminuendam, verumetiam ad CHRISTI potestatem obscurandã Pontificibus demat quantum in se est, non clauam de manu Herculis, sed clauum de manu Dei conatur eripere.

Optimus, inquit, quisque vir, pessimus ciuis est. *pag. 186.* Quare ex huius hominis decretis, fœlicitati Reip. & optimo ciuium statui virtus obesset: id quod vt solùm cogitetur, indignum sane est, ne & impium dicam.

Inter falsas Religiones, quę Regna atque Imperia euerterunt, Christianam etiam audaci blasphemia numerat: cùm vbi Christiana Religio integrè seruata sit, Imperia semper & Regna floruerint, quæ-ue antea subiecta dæmonibus, & perfidis eam *postea admiserunt*, mirabilem ilico pietatem *assecuta, fructus* edant vberrimos, quales Indiæ, ac *nouus* Christianus Orbis hodiéque ostendunt. *pag. 127.*

Aut Pontificũ (ait) libidini ad hæc vsque tempora seruit. Loquitur autem de Romanorum Imperio, Romanorúmque Pontificũ sacrosanctam, & à Christo ipso traditam potestatem arrodit. *pag. 140.*

Geneuensem Remp. hæreseos atque impietatis labe pollutissimam, homo hic virtutibus, ac pietate florentem appellat. *pag. 145.*

Reuerentiam, quæ ob diuinitus imperitam potestatem Romanis Pontificibus defertur, irridet. At Deus qui eam statuit, ac seruat, non irridebitur. *pag. 253.*

Pontifices grauissimis censoribus egere confirmat. At quosnam iste censores adhibebit? hæreticosne *pag. 284.*

cosne, an viros laicos politicos? Sed certè quęcumque à Deo sunt, ordinata sũt, nec suę defuit sapientissimus Dei filius Ecclesiæ, in qua posuit Apostolos, Doctores, & alios; per quos vti & per Synodos, Pontifices maximi iuuarentur, penes quos interea tamen staret summa, & ipsamet plusquam censoria potestas.

pag. 192. Ecclesiasticam Monarchiam beatiorem futuram esse existimat, si iure legitimæ successionis, non electionis, huic illi-ve traderetur. Ita igitur Christus in sua instituenda Repub. minus vidit, quàm Bodinus, & faceret Ecclesia, vt succedat synagoga, & patebunt fores amplexibus carnalibus, vt abeat cęlibatus: quemadmodũ fusius infra dicemus.

pag. 315. Tradit formas omnes in materia ex nihilo generari: quod tamquam Physiologiæ imperito ei adscribendum est.

DE

Digitized by Google

DE IOANNIS BODINI LIBRO,

de Dæmonomania.

PORRO in libro de Dæmonomania, quo de Sortilegis, Magis, Lamijs copioſè agit, plura ſunt, quæ quum limam neceſſario requirant, ſententijs veracioribus ſupplenda eſſent omnino.

Et primò, quod tum de hoc, tum de libris de *Repub. dici poteſt*, quum in his omnibus Methodi *ſui de hiſtoria* mentionem ſæpè faciat, id prorſus *expungendum* eſt: quippe quæ pelliciat incautos ad tractandum librum, qui iam ipſo iure prohibitus eſt, & refertus erroribus, vti ſupra monſtratum eſt.

Adde vitium, quo alios libros aſperſit, vt vix vmquam, aut certe (vt dixi) parciſsimè, de CHRISTO Dei Filio, tamquam de Saluatore, & IESV, loquatur in re tanta, quantam hęc tractatio requirebat. Et D. quidem Paulus, paucis Epiſtolis circiter quingenties nominis IESV reuerentiſsimè meminit. Sciebat enim cui credebat, vnde & ſic loquebatur. Inſigniſsima item Euangelij Bodinus loca, vbi apprimè decebat, omiſit; quibus locis

locis habentur varię nocendi artes in Dęmonibus & Principem huius mundi eiectum fuisse foras à Domino, & obsessos ab eodem mirabili sapientia, & auctoritate sanatos. Nam etsi postea Bodinus de Christiana lege, ac de Euangelio aliquid commemorauit, reliqua tamen eiusmodi sunt, vt dubitari possit, id ipsi non excidisse, sed additum à pijs, & catholicis viris, qui silętio illo Bodini offędebătur.

Versus finem 3. libri.

Et materiam quoque de creatione Angelorum in dubio initio reuocauit è Rabbinis, quibus & hoc libro tam videtur addictus, vt ad eos sępius recurrat, quàm ad Euangelium Filij Dei Domini nostri IESV CHRISTI. Vt etiam secundo libro minus cautè de Sabbato loquatur: quidquid postea assutum est de die Dominico, tenui (vt ita dicam) filio.

Apocalypsim autem quum citat, tacet tamen eam à D. Ioanne Euangelista fuisse conscriptam; quum & in historiæ Methodo planius, quid aduersus illam sentiret, pronunciasset, vt diximus.

Nusquam pene, nisi semel (si tamen id illius est) Ecclesiam Catholicam Romanam appellat, licet Theologorum sententias in suas narrationes non raro conferat, & citet.

Tertij libri capite 1. & 6. quum fusius differat de ratione eiiciendi Dæmones, déque vi eorum tollenda, quam per Magos, Lamias, Sortilegos in humana corpora, & iumęta, agrósque & domos exerunt, affert quidem aliqua, quæ pietatem sapiũt, & vera sunt. At reliqua, quæ Spiritu sancto edocti Apostoli, & Ecclesia semper adhibuerunt, vel dissimulat, vel certe liquidius explicare poterat, quod ipso

ipſe ſi tamen eius iſta fuerunt) nimis conciſè attigit. Quale, quòd Energumeni ſiſtebantur Eccleſię, dum diuina Euchariſtia conſecrabatur: Quodque in Baptiſmo myſticè fit per ſanctas illas exufflationes & orationes, quæ vſque à temporibus Apoſtolicis habebantur: quod item fit per reliquos ſacerdotum (& quidem horum tantummodo catholicorum) exorciſmos: per inuocationem nominis IESV, in quo flectitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: per ſignum Crucis cũ inuocatione ſanctiſsimæ Trinitatis: per peccatorum exomologeſin, & cõfeſsionem corã Sacerdote: per Diuorum reliquias: per ſacroſanctum Chriſti Domini ſacrificium; quod terribiliſsimum Diuus Ioãnes Chryſoſtom⁹ vocat φρικωδεςάτην θυσίαν, per diuinæ Euchariſtiæ attactum, aut ſumptionem: per aquam benedictam. Nam & Dæmonum infeſtationem oblato Chriſti Domini ſacrificio ceſſaſſe; & Dæmones eiici, ac torqueri in memorijs, & templis Martyrum, res ipſa, & Patres ſemper oſtenderunt. Vbi tota (inquit D. Auguſtinus) feriendi (in Dæmone) refrenatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangitur. Quare & S. Ignatius id vocabat catharticum, expellens malum in nobis, ac poteſtates Satanæ: quod vermes, & ſerpentes (inquit Chryſoſtomus) exitio tradit: vt ſexcenta alia loca mittam, quibus hoc ipſum liquet in Proſpero Aquitanico, in D. Bernardo, & alijs. Sed & Bodinus, qui tam ſedulus eſt in recenſendis, quæ ſuo tempore contigerunt in Gallijs, rem totam bona debebat fide ſuis ſcriptis inſerere, quæ anno huius ſæculi ſexageſimoquinto accidit

Aug. li. 1. de ciuit. Dei cap. 1. & l. 22. cap. 8. & de cura mortuorũ c. 17. Ignatius in Epiſt. ad Ephe. Chryſoſt. ho. 2. ad Antioch. Proſper Aquit. lib. predict. c. 6. Vita S. Bernar. lib. 2. c. 3. & in Guielmo Abb. S. Theodorici lib. 1. c. 10.

accidit in Diœceſi Laudunenſi Galliæ Belgicæ, quamque exactis publicis Bartholomæus Faius in Senatu Pariſienſi Inquiſitionum Præſes, ſuo libro, quē Energumenicum inſcripſit, vir integerrimus retulit. Id erat de Nicola Petri Alberici filia, annos nata paulo minus ſedecim, & iam nupta Ludouico Petreio; in quàm quum Dæmon intraſſet, cùm in dies peius haberet, & grauius torqueretur, Conſulti eius loci Curio, atque alij religioſi viri, ſuſpicati ſunt neſcio quid de maligno ſpiritu: qui per exorciſmos tandem, quis nam eſſet, coactus edere, ſe Beelzebulem Dæmoniorum principem palam fatebatur, nec ſe de ſua poſſeſsione deiici, vel deturbari poſſe, quàm ab vno aliquo, qui tum in Regio comitatu ageret. Dictum hoc res comprobauit de nobili, ac pio Epiſcopo Laudunenſi Ioanne Burſio. Nam cùm aliorum coniurationes parum, aut nihili faceret Dæmon, mulier in vrbem Epiſcopalem deportatur menſe Ianuario; & graue certamen, ac diuturnū Epiſcopo cùm Beelzebule incubuit, per continua ieiunia, quotidianas, & publicas ſupplicationes, atque oblationes, totiésque palam iteratas depulſiones. Media in Eccleſia Cathedrali tabulatum fuit extructum, in quo vndeuicies, ſpectante populo, decertarunt Epiſcopus, & Satanas, ne expelleretur, omni conatu obſiſtens, atque omnia dira minitans. Crūciabatur quidem ad ſollemnes cōtra ipſum imprecationes, & Crucis ſignaculū, atque aquæ benedictæ aſperſionem; ſed vix vllis vinculis, aut viribus contineri poterat, quum ad altare ſtaret Epiſcopus, & rem Diuinam faceret: tum verò maximè furebat, & agita

Vi. Claudiū Sanctē. de reb. Euc. cōtrouer. repet. 2. c. 9. pag. 48.

Obſerua hic rationes adexpellendos Dæmones.

agitabatur, cum propius admouebatur ſacroſancta Euchariſtia, cuius virtutem, & præſentiam non ferens, quoties ſentiebat, iam ſibi opponendam, ſolebat vexare miſellæ corpus vehementius, atque repente totum contortum, ac quaſi exanime, remiſsio impetu deſtituere, quod per applicationem ſummis labris Euchariſtiæ, ſtatum naturalem, ac ſenſum recipiebat: ad diémque vnum, aut ſaltem aliquot horarum ſpatium, ab omni intemperie quieſcebat. Rogabatur ſæpè Dæmon, quid ita ad Euchariſtiæ oblationem, & præſentiam expaueſceret. Reſpondebat, de ea dictum: Hoc eſt corpus meum; & ſe inuitum credere, ac tremere, tandémque ſe eius virtuti omnino ceſſurũ: quod circa Idus Februarij, poſt nequicquam furias omnes tentatas & conduplicatas, in omnium conſpectu accidit. *Euchariſtia tactus.*

Atqui mirum eſt, quum Bodinus identidem ad *libros Inquiſitorum*, & ipſius Pauli Grillandi de *Sortilegis*, ad Olaum quoque, & Ioannem Magnum, & alios prouocet de ijs, quæ in Suetia, & Liuonia euenerunt, tam multa nihilominus relinquat, quæ ipſi ad obligandam vim Dæmonum experti fuerunt. Et certè in Liuonia, vbi frequens iſta Dæmonum vexatio cernitur, benedictionibus Sacerdotũ (dumtaxat Catholicorum) & aqua benedicta domus, agri, fructus, infantes aſperſi, mirificè (quod ipſi oculis vidimus) aduerſus poteſtates harum tenebrarum præmuniuntur. Cæterum Bodinus hoc libro perſtringit è Sortilegis, & Magis, potiſsimum eos, qui commenta eſſe ac nugas effecta Dæmonum idcirco ſpargunt in vul-

gus, vt ſatanæ propagetur imperium, noxiſque tanti criminis iudicum ſubſellijs eripi poſsint. Quamobrem Magiſtratum vrget, vt memor ſit diuinæ & legis, & vindictæ, quæ vna in hariolos, & Magos fuerit à Deo acerbiſsima conſtituta. Sic Amorrhæos, Ægyptum, decem tribus Iudæorum, quæ ſeceſſerunt in Samariam, Chaldæos, & Babyloniam, Hieroſolymam item quinquaginta poſt annos ob Manaſsis talia peccata igne, ferróque excidit, ſicuti prædixerit. Vnde illa Dei vox per Hieremiam. Gladius ad Diuinos, gladius ad Chaldæos (quippe hi maximè ſortilegi habebantur.) Addit verò inter reliqua Bodinus, Treſcalem illum inſignem Magum, cui ad enuntiandos alios maleficos vita conceſſa fuit, dixiſſe trecẽta fuiſſe millia, qui fœdus cùm Dæmone in Regno Galliæ ſanxiſſent: inter quos præcipuos quoſdam, atque hoſce in primis aulicos, per quos tantum ſcelus latiſsimè deriuabatur. Quamobrem non obſcurè inde colligit, tam florentis *Regni* prope caſum eſſe conſecutum, conſecuturum autem magis, niſi iudices diuinã legem in rem conferant. Quæ cùm vera ſint, cur hæreticos dixit in libris de Republ. eſſe ferendos? quandoquidem non minus hi quàm malefici diuinis, vt Dionyſius inquit aduerſus Apollophanem, contra diuina vtuntur.

Hiere. 9.

DE

DE IOANNIS BODINI LIBRIS

De Republica Cautio.

HOC etiam in libris Bodini de Republ. obſeruatum eſt, eum de ſanctiſsima Trinitate nunquam, parciſsimè autem de Chriſto Domino, idque potius ex aliorũ relatu mentionem facere. Deinde cum de omnibus Reipublicæ,& Regnorum formis accuratè diſſerere conatus ſit, Chriſtianæ tamen Reipublicæ & hierarchiæ formam non attigit, quæ à Dei filio, qui eſt æterna Sapientia, firmiſsimis vſque ad conſummationem ſæculi præſidijs conſtituta, vim imperijs & Rebus publ. omnibus præbet, qua ſtent & floreant. Cùm ipſe Dominus Ieſus non venerit legẽ ſoluere, ſed adimplere. Quod vnum Chriſti verbum, ſi ij omnes qui Politici volunt haberi, altius perpenderent, Chriſtianámque cum omnibus adminiſtrandi formis, ſiue ethnicorum Romanorum, ſeu Græcorum, & aliorum Imperiorum diligenter conferrent, exclamarent illico: Anathema prudentibus huius ſæculi, Anathema claudicantibus, Anathema hominibus, qui diuinam prouidentiam ore commendantes, vias eius ſanctiſsimas negant, & veritatem in iniuſtitia detinent. Tum verò de huiuſmodi ſcriptoribus, ex

animo & fidenter dicerent, Narrauerunt nobis fabulationes, ſed non vt lex tua. Porrò diuinitus de hac hierarchia ſcripſit D. Dionyſius Areopagita: quæ & ex Synodorum generalium formis perſpici poteſt, ac præter ſanctos antiquos Patres, hoc ſæculo à Sandero de Monarchia Eccleſiæ, atque à Bellarminio, & alijs magna cum laude, eſt ob oculos poſita. Et verò indigniſsimum eſt Chriſtianis Senatoribus, fæces quaſque minutarum Rerumpub. antiquarum, & politica exempla hinc inde è ſordibus cuiúſque magno conatu lambere, ac naturæ legem legi gratiæ præponere; interea verò non verſare manibus cordéque quidquid perfectiſsimum eſt in Chriſti Domini lege, Chriſtianáque ratione populos regendi. Nam & Bodinus cùm ſæpè ad iſtam naturæ legem prouocet, nuſquam legis gratiæ, quæ à Chriſto facta eſt, meminit, inſigni ſubterfugio, ne dicam impietatis ſuſpicione. Cùm etiã qui identidem Rabbinorum Hebræorum loca citat, *lucem* interea quàm Patres ſanctiſsimi prætulerunt, & fraudem à Rabbinis in tegenda, & tollenda veritate vſurpatam, tacendo paſsim diſsimulet. Expediebat enim, vt qui Chriſtianis laborem ſuum (vt ita dictum) laborabat impias illas iſtorum blaſphemias in Deum, & Sanctos contumelias, in Chriſtianos impedimenta Euangelij, errores contra legem naturę; corruptelas diuinarum Scripturarum indicaſſet, quod ſanè nunquam fecit. Ex hoc igitur etiam factum eſt, vt cum de ſumma Principum poteſtate agat, non ſolùm prætermittat inſigniſsimas notas, quibus eminet Pontifi cis

Max.

Max. potestas, verum etiam tum carpat, tum gentilium sacrificulorum potestati latenter ostendat similem, ac denique omnem ei potestati potestatem & iurisdictionem vel tollat, vel si quam agnoscat, hanc testetur ab industria, vel humana quorumdam prudentia profectam, non à Christo Dei filio datam, qui tamen dissertissimis verbis Petro claues Regni cælorum tradidit, & potestatem impertijt confirmandi fratres, pascendi oues, & secernendi alios, dispensandi diuina mysteria, submouendi ab Ecclesia indignos, & summa quæque præstandi pro salute hominum, fidéque ex Christi mandato & tuenda, & in vniuersum Orbem propaganda. Hinc quoque factum est, vt Bodinus Episcopis inferioribus interdum neget potestatem, iúsque in suas oues, quasi corpori plus insit virtutis, quàm animo: & quàm populi auctoritatem *Principibus* huius sæculi tradere vnanimi consensu potuerunt, hanc Deus ac multo maiorem tradere nequiuerit ijs, quos vniuerso populo præfecerit, & per quorum os responsa edere voluit; quosque ipsimet denique populi professione fidei, & vnius agnitione Ecclesiæ, quæ sine visibili capite esse non potest, passim admiserunt. Quod si quis dixerit: Et tamen in Bodini Italicis de Republica libris aliquid extat, quo vnius Romanæ Ecclesiæ religionem vnicam esse veram, cui & potestatem adesse nõ negat? Id sciat pie additum fuisse ab ijs, qui librum cupiebant emendatum, cùm certè cùm ijs quæ præcessêre, ac subsequuntur, illa cohærere non possint.

Ad hæc verò ipsa pertinent, quæ tradit de per-

mittendis sectis,& hæresibus, vbi radices aliquas egerunt: Quò fallaci astu & hamo si Italia, cui liber iste à Satana propinatus est, inescari se permitteret, hem quantam repente omnium rerum ruinam & confusionem cerneremus? Et meminimus verò, cum Varsauiæ postrema à Magno Poloniæ Stephano Rege Comitia haberentur, hunc ipsum Regem vitis Ecclesiasticis, ex Senatorio, & equestri ordine delectis, animum addidisse, vt intrepidè proponerent, quæ nam damna Regno
22. Febr. 1585. Poloniæ, Reipublicæque illata sunt, posteaquàm hæresis fuisset permissa. Ea verò erat, quæ sequuntur, quæ Posnaniæ postea typis publicè sunt data.

1 Religionis sanctæ Catholicæ violatio, hæresumque variarum in Regnum inuectio.

2 Iurisdictionis Ecclesiasticæ, eiúsque spiritualis gladij excommunicationis eneruatio.

3 Decimarum contra ius Diuinum retentio, & ademptio.

4 Prærogatiuarum, & libertatum diminutio.

5 Ecclesiarum profanatio, fundationum, censuum, prouentuum, thesaurorum Ecclesiasticorum, & bonorum aliorum ademptio, & spoliatio.

6 Fori pro iniurijs realibus & personalibus, tam primæ & secundæ instantiæ, quàm executionis suspensio, Brachij sæcularis, remissarum ex tribunali Regni & aliorum subsellijs causarum nulla executio.

His autem omnibus addita fuit breuis interrogatio, & quasi explicatio supetiorum capitum, hoc, qui sequitur, modo: qui quidem egregiè aduersus ipsum etiam Bodinum facit.

Ad

Ad Primum.

1 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit*

Apoſtaſias fieri.

Schiſmatà, & peregrinas religiones innumeras inuehi.

Deum blaſphemari.

Chriſtum publicè negari.

Hæreſibus modum nullum & finem imponi.

Atheiſmum, Paganiſmum, Saraceniſmum induci.

Iniurias in Deum impune fieri.

Magiſtratum, qui Dei Maximi, & Religionis Chriſtianæ cauſam agat, & tueatur, ſicut eſt in Polonia ſtatus ſpiritualis, nullum fieri.

Ad Secundum.

2 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit*

Sacrilegia impune tolerari.

Periutia, incantationes, veneficia, magias, inceſtus, bigamias, & trigamias, adulteria publica, homicidia abſque pœnitentia ſolemni, vſuras impunè tolerari.

De diuortijs, matrimonijs, legitimitate, exceſsibus occultis & publicis in Deum & loca ſacra nullum ius inſtitui.

Ad Tertium.

3 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit*

Sæculares ſacerdotum officia ſibi vſurpare, & Decimas *manipulares*, & alias contra iura diuina

& humana à ſubditis ſuis extorquere, & in proprios vſus conuertere: hæreditatem Chriſti, panem Eccleſiæ Dei, alimoniam & victum pauperum, his quibus iure, & conſuetudine debetur ſubtrahere.

Ad Quartum.

4 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit* Seruos Dei & ſacerdotes Eccleſiæ ſanctæ, ſine honore eſſe, & contemptui haberi, ac pro gratia fidei, & Religionis vna cum libertatibus publicis introductæ, & ſemper impendi ſolitæ, iniuria affici, exactionibus onerari, & quodammodo exauthorari.

Ad Quintum.

5 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit* Ex Eccleſijs Deo dicatis, ſtabula fieri, deſolationem, & abominationem intueri, ſepulchra Chriſtianorum violari, ſine Sacramentis, & cultu diuino plebem paſsim viuere, & mori pecudum more, theſauros Eccleſiarum, & ornamenta diſtrahi, & in vſus profanos contra leges Dei & Regni conuerti fundos, & cenſus ad laudem Dei adſcriptos adimere.

Ad Sextum.

6 *Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorúmque ſit* Solos ſacerdotes ſine lege, ſine iuſtitia, ſine iudice, tam reales, quàm perſonales iniurias pati. Neces, & perſecutiones Cleri impunè graſſari.

Sacer

Digitized by Google

Sacerdotes Iudæis, Scythis, & quibuſuis obſcuriſſimis hominibus, iudicem tamen, iuſtitiam, & defenſionem habentibus, poſtponi.

Deum in ſeruis Eccleſiæ ſanctæ ſperni, & conteni.

Ad horum autem capitum diſquiſitiones propoſitas, cùm nemo hæreticorum reſpondere potuerit, ſicuti nec Bodinus poſſet, perrexit quidem Rex diuinam rem reſtituere, Collegiorum ad eruiendam nobilitatē inſtitutione, & Seminariorum ad excipiendas nationes varias excitatione, atque librorum catholicorum multa editione, ac diſſeminatione, & auditione publicarum Concionum, quas per decennium, ne in ipſa quidem Moſcouia (in tentorijs, & ſummo gelu) intermiſit, & denique Eccleſiaſticæ poteſtatis defenſione, quàm ipſe ſapientiſsimè, ac acerrimè in Senatu ſæpè ſuſcipiebat. *Sed non ita multò poſt optimus Rex naturæ conceſsit, qui altiſsimè retinebat animo, quod D. Auguſtinus* ſcriptum reliquit, quodque cùm ijſdem propoſitionibus in lucem prodijt.

Fac iuſtitiam, & habebis pacem, vt oſculentur ſe iuſtitia & pax. Si enim non amaueris iuſtitiā, pacem non habebis. Et alterum illud eiuſdem Patris: Quando Imperatores veritatem tenent, pro ipſa veritate contra errorem iubent, quod quiſquis contempſerit, ipſe ſibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum ſortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regis veritas iuſsit. *Aug. in pſal. 84.* *Au. epi. 100.*

Hæc igitur (quæ acerbiſsimos etiam in Galliæ Regno *fructus* tulere) ſi Bodinus, & alij Chriſtiano calore *concoxiſſent*, numquam ad agendos ad-

uersus Catholicas prouincias cuniculos suis scriptis insperſiſſet, præsertim quòd vbi sapientem Politicum præsefert, validis nititur rationibus efficere, Religionem etiam ethnicis Magistratibus summæ curæ semper fuisse, nec de dogmatibus, quæ recepta sunt, permittendam esse disceptationem, quam ne Philosophi quidem de primis scientiarũ principijs permittant. Et verò initio libri sui de Dæmonomania ostendit, diuinam legem esse accuratissimè obseruandam, qua Sortilegi, & Magi interficiendi sunt. Quinetiam tertio eiusdem tractationis libro: mortem Caroli noni Regis tribuit, quòd Tresalem Magum interim i nõ curauit: Diuina iustitia (inquit) exigente, vt moriantur Reges, qui noxios eiusmodi permittũt viuere. Quod cùm ita sit, cur ex eadem lege pseudoprophetæ, & alij, qui sacerdotis imperio nolunt obedire, non plectantur? Cæterum, quod obiter innuit, alicubi ab Magistratu sacerdotes sapienter amandari, ne deliberationibus de Repub. interſint, si catholico animo pronunciasset, ferri quadantenus poterat. Sed quoniam id ad explodendam postea vniuersam Religionem detorquere hæretici facile solent, propterea ista aperienda sunt. Cur enim non adiecit ab eodem Magistratu sapientissimè retentam summis in periculis Catholicam fidem, pro qua & vitam, & Remp. quotiescumque fuit opus, omnibus periculis exposuerit? Insulas autem catholicis muniuisse colonijs, in quibus primi essent Episcopi, monachi, & cæteri, qui Ecclesiæ inseruiunt, quòd scirent è schismate, & Orientalibus hæresibus, nil firmi in Repub. posse consistere?

ſtere? Cur inquam non addidit, hęreticis notandis, puniendiſque vna cùm Eccleſiaſtico Magiſtratu, bis ſingulis hebdomadibus Remp. diligentiſsimè incumbere? Neminem verò pene è tanta nobilitate, licet plurimi circumquaque mundum, prouinciaſque hæreticas obeant, in hæreſim incidiſſe Lutheri, Caluini, aut ſimilium? Cur denique Italię, & aliarum prouinciarum exempla non propoſuit, in quibus quoniam iſta hæreſeos tolerantia non fuit, vnius fidei populi ſunt, qui alioquin (vti contigit in Gallijs, & in Germania) & diſſecti eſſent in ſexcentas partes, & plura centena millia, vel in hæreſim, vel in os gladij, & inferni ruiſſent.

Atqui tanto mirandum eſt magis ea ex Bodini pectore manaſſe, cùm verſus finē ſexti de Repub. libri hæc habeat verba. Maximum diſcrimen eſt inter *eos Iudices, qui qualibet in re legibus aſtricti ſunt, vel quibus* iuſtitiæ adminiſtratio ſine *legibus licet. Alterum* verò in facto ſitum eſt, *alterum in iure*, æquitate, ratione: præcipuè verò cùm aliquid eius ſit ponderis, vt tradita antiquitus lex declaranda ſit, quemadmodum dixi, Prætori. At diuina lege hoc ad magnum Pontificem refertur, aut ad eum qui à Deo ſummus Iudex delectus eſt, vel hiſce abſentibus, ad Leuitas (hoc eſt Sacerdotes.) Id quod deinceps ſub vltimis Aſmoneanæ familiæ Principibus tranſlatum eſt ad Senatum. Hic mos erat in Aegypto, & Gallia, vbi Sacerdotes, & Druides erant iuſtitiæ cuſtodes, tamquam omnium in mundo rerum ſacratiſſimæ rei: primusque Druidum Præſes (inquit Ammianus) lapidem appenſū ad collum geſtabat, in

cap. 6.

Deut. 17.

Digitized by Google

in quo veritas erat insculpta. In Asia quoque, ac maiore Africæ parte viget eadem consuetudo, v Sacerdotes Iustitiã administrent,& magnus Pontifex leges exponat,déque difficilioribus, & maioribus causis decernat. Sic magnus in Turcia Pontifex Muphti, & Sophianus in ciuitate Tauris, ac Tartari suum Smarcandæ habent; Regibus autem Fessæ,Caroani,Telmesseno suus vnicuique est: vt intelligatur æquitatem, defectu legum administrandam esse ab Iudicibus, & viris peritioribus.Hæc igitur Bodinus, de quo quæro, cur Christiani Pontificatus nullã hic mẽtionem facit? Videlicet,perfidis quibusque aliquod diuinæ legis vestigium reliquũ fuit,quod per Bodinũ prorsus Christianis sublatũ fuerit,vt à mille & sexcentis annis quoddam quasi iustitium secutum sit. Latet ergo serpẽs in istis de Republica Bodini libris: Ac tamen adhuc(proh peccatorum nostrorum demerita) repere passim permittitur,& tractatur manibus,& animis,absque vllo tãti veneni antidoto.

At verò(vt ad Bodini alia redeam)cùm Galliæ Regnum optimo genere administrandi constitutum asserat, cumque inter Reipublicę formas primas deferat partes Monarchię,in eo autem Regno inquiat,triginta quinque siue Cardinales, siue Episcopos fuisse Cancellarios, totidé in Anglia;sane intelligit,administrationi Christianissimi Regni,quod per vndecim sæcula durauit,tantum abfuisse,vt adhibita Sacerdotum consilia obfuerint, vt per eos potissimum steterit.Et in Polonico Regno haud inficiatur Archiepiscopum Gnesnensem solere esse Cancellarium. Quod quamuis ita non

non sit (nam & modo è proceribus, qui non sunt Ecclesiastici, vel, vt ipsi vocant, spirituales, alius eo munere fungitur) Archiepiscopus tamen ille primum in Senatu locum obtinet, ac Rege demortuo, Regni habenas suscipit, quas moderatur cum reliquo Senatu, donec Rex alter suffectus sit: Episcopique omnes Regni & Senatores sunt, & in dextera Senatus parte considunt. Procancellarius item regni Episcopus est: cæteri verò qui in sinistra parte sedent, Castellani, Palatini, & reliqui nobiles, minime Ecclesiastici sunt. Quo ordine si Respublica illa caruisset, profecto iamdiu est, cùm ab hæreticorum ictibus concidisset. Quin etiam Hungaria, illa quidem, quæ à Cæsare adhuc obtinetur, eandem per Ecclesiasticos Præsules administrandi rationem retinet. At & Germanico in Imperio, quod Bodinus inquit esse Aristocraticũ, è *septem Electoribus* primas tenent Archiepiscopi *in Senatu*, qui & Electores vocantur: Ne quid *dicam de alijs* Regnis, vbi Consiliorum præsides sunt, & maxima quæque administrant sine vllo Reipub. periculo. Porro mendacium est, Theodosium Magnum Arianos cùm Catholicis; & Valentinianum sustinuisse, cùm grauissima edicta in eos tulerint. Et meminisse debuerat, quod alibi ipse dixit, ex antiquitate petens, SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO. *lib. 3. c. 7. vers. finẽ* *lib. 4. c. 3.*

Singulare autem certamen, quod duellum dicitur, permittendum esse iudicat, præsertim in capitalibus causis, quibus aliunde non adsint certi testes: sed aliter, & iustitiæ ratio, & Christ⁹ Dominus per Ecclesiam suã docet, cùm dicat, Detestabilem duel *lib. 4. c. 7.* *Concil. Trid. sess. 25. c. 19.*

» duellorum vſum fabricante diabolo introductum,
» vt cruenta corporum morte, animarum etiam per-
» niciem lucretur, ex Chriſtiano Orbe penitus ex-
» terminandum; Imperatores, Reges, Duces, Prin-
» cipes, Marchiones, Comites, & quoſcumque alios
» Dominos temporales, qui locum ad monomachiã
» inter Chriſtianos cõceſſerint, eo ipſo eſſe excom-
» municatos, & iuriſdictione, & dominio ciuitatis,
» caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum
» fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, pri-
» uatos intelligi, & ſi feudalia ſint, directis Dominis
» ſtatim acquiri. Qui verò pugnam commiſerint, &
» qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis,
» ac omnium bonorum proſcriptionis, ac perpetuæ
» infamiæ pœnam incurrere, & vt homicidas, pu-
» niendos, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpe-
» tuo carere Eccleſiaſtica ſepultura. Illos etiam, qui
» conſilium in cauſa duelli, tam in iure, quàm in fa-
» cto dederint, aut alia quacumque ratione ad id
» quemquã ſuaſerint, nec nõ ſpectatores, excõmuni-
cationis, ac perpetuę maledictionis vinculo teneri.

lib. 4, c. 1. Maximum (inquit) & forſan præcipuum Re-
» rumpub. fundamentum eſt naturalem ciuium ſta-
» tum, ingenio ciuium; edicta verò & leges, naturæ
» hominum, temporis, ac locorum accommodare.
» Quod ſi ita omnino ſit, non erit æqua via Domini,
neque permanens naturæ lex, nec commune gra-
tiæ donum, nequa vna Eccleſia, quando per hunc,
pro tempore, loco, perſonis, tamquam regula Leſ-
bia, mutanda ſit. Quin etiam pro ætate cuiuſque
non erit eadem lex, quippe iuuentuti remittendæ
erunt habenæ, quæ ſenectuti contrahendæ: Addo
etiam

etiam pro conſtitutionibus corporum: quippe ſanguineis, cholericis, flegmaticis, melancholicis vniuerſale inſtitutum, vel Decalogus haud erit præſcribendus. Nam & quoniam ſub diuerſis cæli regionibus, & climatibus diuerſa ingenia ſunt, putat ille cothurnum vniuſcuiuſque pedi mutandum. Quanto igitur rectius (quidquid Bodinus aliter ſentit) inquit Baldus, ius, & æquitatem naturalem non eſſe incluſam, nec alligatam locis. Rectiſsimè autem Chriſtus, qui omnibus gentibus eadem præcepta, Sacramenta, formam item Chriſtianæ Reipub. & Eccleſiæ ijſdem pene legibus, & Archiepiſcopatibus, Epiſcopatib⁹, Sacerdotijs, Religioſis ſanxit. Tam videlicet viuida vis Spiritus ſancti eſt, & tam valida diuinæ ſapientiæ, ac gratiæ virtus, quæ efferas gentes manſuefecit, naturæque lapſus erexit, & humanam ipſam carnem edentes illexit ad cæleſtis Euchariſtiæ eſuriem, & in vnum vagos facili negotio collegit. Et denique quod omnibus ſæculis, hoc vetò potiſsimum apparuit, nouum ipſum Orbẽ ad eundem vitæ Chriſtianæ tenorem adduxit, quamcumque ad mundi partem vergat. Vt certè, quando aliud non eſſet, quo mentes noſtræ excitarentur ad talem Reipub. formam ſuſpiciendam, eſſet hoc vnicum ad captiuandum in obſequium fidei intellectum. *Baldus.*

Anglos ait fuiſſe inhoſpitales, quique cùm alijs nationibus degere non poſſent, vt etiam Antuerpiæ ſecretum ab alijs domicilium haberent, poſtea tamen, vbi cum Gallis pacem iniuerunt, ſuauiſsimiſque eorum Reginæ, ac pacificis modis tractati ſunt, cicures factos, & mites: Gallos cõtra, qui nulli *lib. 5. c. 1.*

natio

nationi humanitate cederent, post bella ciuilia deperdidisse naturam, & mores auitos. Sed & hic in vtraque hac re cætutiit Bodinus. Primùm, quòd nunquam Angli crudeliores fuerunt, quàm cum Catholicam fidem exuerunt, aut Ecclesiam persecuti sunt. Missis superiorum temporum euentis, quæ Anglici historici, Bedáque persecuti sunt; an ne diriora vmquam tormenta commenti sunt antiqui Ecclesię persecutores, quàm quę aduersus suos adhibuerunt, quoniam Catholici veram religionem colebant, & optimorum Regum, totiusque regni sæpè promulgata edicta seruabant? Non tẽperatum sacris locis, non virginibus innoxijs, non religiosis, qui inermes arma spiritualia pro populo strinxerant, non Reginæ ipsi Scotiæ, cui caput superiorib. annis amputatum est. Extant passim hac de re verisimæ historiæ: sed & Sanderi librum de schimate Anglico, qui Reip. consultum velint, attentè legãt. Inde enim occasiones, & causas, casusque Regnorum, & mutandi homines in feras facillimè noscent. De Gallis autem, nego quod Bodinus inquit. Ex tot enim ciuitatibus, & prouincijs, vbi adhuc Catholica Religio viget (nam & primariæ omnes vrbes catholicissimæ sunt) vix aliquem inueneris, quin antiquum obtineat, & mitissimos sapiat mores. At quos transuersos non ciuilia bella, sed hæresis egit, hosce si intelligat, vt nomini Diuino, sic veræ pietati esse rebelles, Regnóque truces, & efferos euasisse non inficior. Nam si quis in Caluinianum acutius inspexerit (licet neque loquentẽ audiat) ex oculis tamen toruè aspicientibus, ex male sana nimirũ reclamãte con

conſcientia ſtatim id agnoſcet.

Fuit ne vnquam (ait) Ludouico noſtro Regi ſancto Princeps quiſquam virtute, pietate, integritate par? Hæc ille, quæ & alibi ſæpè, cum de Carolo VII. & alijs quibuſdam Galliæ Regibus commemorat. At præſtabat, ſapientem Politicum addere, hæreticos ab eo Rege Albigeos ejectos, vnde Caluiniani virus ſuum ſuxerunt: Eccleſiam vnam Catholicam Romanam cõſtantiſsimè omnes eſſe tutatos: vixiſſe ſummo cùm Dei metu, cæteros verò quoſque Galliæ Reges ſemper Catholicos fuiſſe, optimos autem quoſque ijſdem artibus reſtituiſſe in priſtinum ſtatum, quotieſcumque conciderat, Regnũ: hæc videlicet vera fuiſſe Reipublicæ fundamẽta, nõ mentiẽte qui dixit; Quærite regnum Dei, & hæc omnia vobis adijcientur. *Li. 5. c. 3.*

Principes (ait) fuiſſe coactos, vt nouos honores, & præmia benemeritis decernerent. Edouardum igitur Angliæ S. Georgij, Ioannem, & Ludouicum XI. Galliæ Reges, hunc S. Michaëlis, illum Stellæ, Philippum II. Burgundiæ Ducem Velleris aurei, Duces Sabaudiæ, Beatæ Virginis Annunciatæ ordinem inſtituiſſe. Sic ille. At etiam hîc præſtabat, quum dicat nullum inter iſtos adſcitum, qui nobilis non ſit nomine, armis, & ſine vlla labe, expreſsiſſe, quænam potiſsimum ea putabatur labes: Nempè Catholicæ fidei defectio: quando nec ordines vnquam vlli fuêre inſtituti, niſi à Principibus Catholicis. Quòd ſanè hæretici nunquam potuerunt efficere, quippe qui deſerta fide, omni prorſus ordine deſtituuntur. *Li. 5. c. 4.*

Poſtquam, inquit, defenſio vitæ, ac perſecutio latronum *Lib. 5. c. 5.*

latronum ad ius diuinum, naturale, humanum pertinent, profecto subditi exercendi sunt in re militari ad probos subleuandos, deprimendos improbos. Et voco (inquit) latrones, atque improbos, bella iniustè mouentes, ac fures, & eiusmodi alios. Verùm si hoc sit, tantò magis curandum erit in hæresi exterminanda, si qui primo sanis consilijs acquiescere noluerint. Eadem enim omnino hæresis, ac tanto quidem nocentius perpetrat, quantò præter Regnorũ euersionem inuadit ipsos animos, quos & cælestibus priuat bonis, & densissimas tenebras in Regna inducit: Quòd testantur Asia, Africa, & hodie bona Europæ pars.

Mox subdit, ad explodendos seditiosos, & fures expedire, vt mittantur ad bellum, hancque medicinam summopere necessariã, & vtilem esse Reipublicæ. At secus, & diuinum præceptum vrget, & sæpissimè latronum exercitus dissipati sunt, & nisi vires attritæ sunt, Reipublicæ certè hinc existimatio imminuta fuit. Quàm enim tu solidam reportaueris de hoste victoriam, ad quem expugnandum sceleratas, & inimicas Deo copias adducas? Et vt de inimicis, inimicos suos Deus vlciscitur, sic de Regnis, tanquam de hostibus idem facit, à quibus in expeditionem ij mittuntur.

Li. 6. c. 1. Affert Bodinus ex Deuteronomij cap. 16. Diuina lege mandatum, vt ter saltem quisque singulis annis ad templũ adeat, quare esse Atheos quosdam, qui nè semel quidem id præstant. Sed cur non potius Ecclesiæ, quæ id singulo saltè octiduo iubet, quàm veteris Testamenti præceptum proposuit nobis, qui Christiani sumus? Sed verùm est,

Bodino

Bodino plus ſapere veteris legis quàm nouum gratiæ Teſtamentum.

Vbi Auguſtum collaudat, quòd pœna mulctauerit, qui exactis viginti quinque annis, vel vxorem non duxerant, vel liberos non ſuſceperant; ſapientiſsimi Politici id fuiſſe dicit, quoniam ita adulteria, deteſtabilioráque alia ſcelera præciderit; mox Iuſtinianum, & Conſtãtinum, Honorium item, atque Theodoſium Impp. reprehendit, qui vel Auguſti legem abrogarunt, & pœnam cælibatus ſuſtulerunt, vel priuilegia conceſſere ſubditis, qui liberis caruiſſent. Verumtamen maluiſſem, vt Chriſti magis quàm Auguſti prædicationem ſuſpexiſſet. Sunt eunuchi (inquit) qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Nec verò me latet, cur ſecundum ciuiles leges, Politici hoc negotiũ metientes vltra humanos limites progredi haud potuerunt. Aſſenſerunt enim Platoni in cælibes cælibatus pœnas ſtatuenti, & legi xij. Tabular. ac legi Papiæ (ſiue Pompeiæ, vel Poppœæ) quàm iterum Auguſtus tulit de maritandis ordinibus. Et veteres leges (ſcribit Euſebius) priuant orbos liberis eorum ſucceſsione, qui liberos gignunt, τοὺς ἀπαιδαπαλαιοὶ νόμοι στερήσαι τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς ἐπηρεοῦντο. Verùm enimuero imprudenter omnia lata ſunt. Euangelicæ autẽ legis virtus tanto comprobatur apertius, quantò Chriſtus ſapientia Patris æterna Apoſtolos cælibes, eo ipſo tempore quoquo verſum diligentius mittebat, quo leges illæ inualuerant, virgineſque & alios ad caſtitatem perpetuo colendam per eoſdem Apoſtolos ſerio non ſolùm hortabatur, ſed ſæpè ſanguinis

Li. 6. c. 2.

Plato ſub finẽ Dialogi 6. de legib. Cicer. 3. de legib.

cap. quædam etiã leges diſt. 2. l. pen. C. de nup. l. vl. c. de infirmã. pœn. cal. Euſeb. li. 4. de vita Conſtantini.

Apoſtolici, virginúmque martyrijs inuitabat. Et videntne iam Politici vias Chriſti non eſſe politicas tantùm, aut huius mundi? At quum Auguſtus non tam pœnis, quàm præmijs, omnes ad capeſſenda matrimonia vocaret (vacatione quippe triennij à publicis munijs propoſita omnibus, maioráque, vt deinde eſſent pro maiore filiorum numero præmia, atque immunitates) quis cogitaſſet à Chriſto pectore prodire debuiſſe tantùm (vt videbatur) obicem Euangelio propagando, cùm eius rei prædicatio, & exempla vbique à Chriſtianis poſita, non ſolùm pœnis, & præmijs Imperatorum, ſed & inſitæ naturali ad coniugia propenſioni aduerſaretur? At ita Deus comprehendit ſapientiam ſapientum, & ſtultos facit principes Taneos, & re ipſa probat, excellentiores ſuo (non hæretico) Euangelio ſe reſeruaſſe vias, quas ſi mundus non caperet, eas tanto magis vult eſſe probatas, & fixas. Quamobrem & Conſtantinus Magnus leges illas abrogauit, & eius filij abo-
Euſeb. de vita Cõſtantini. leuerunt, vſuſque ille eſt his verbis aduerſus iniquiſsimam legem: Per infirmitatem (inquit) naturæ priuatos ſuo magno liberorum gignendorum deſiderio, miſereri magis, quàm mulctari conuenit. At rei melioris amatorem non quidem punire, ſed admirari maximè dignum eſt. Hîc rei melioris amatorem κρείττονος ἐραστὴν vocabat, qui ſe Dei ſacerdotio conſecraſſet, ac pudicitiam, ſiue virginitatẽ profeſſus caſtæ vitæ ſe addixiſſet. Sed reliquis, inueteratam hominum labem, & ſacerdotum lapſum in magnis diœceſibus, arbitrantibus haud eximi poſſe, niſi vxorũ conceſſu, reſpon-

l. 2. ff. de vac. mu. l. 1. c. de his, qui nu. lib. ſe excu. lib. 10. Inſtit. de excuſ. tut. vel curat. in princ.

deri

deri poteſt: Neſcitis ſcripturas, neque virtutem Dei (addamus autem) nec pœnitentiæ vim, quæ meretrices (ſi ad cor redeant) virginibus interdum æquat, atque ex contumeliæ vaſis vaſa honoris, & gloriæ Dei facit.

Denique alij ætatem, qua vota ediderunt, non aptam fuiſſe obtendunt iudicandis proprijs viribus in ſuſtinendo cælibatus onere. Sed cur non idem quoque prætexant in deſerendis vxoribus laici, quibus onera plerúmque intolerabilia ex re vxoria incúbunt? Itaque ei, qui diceret, Non ſolùm immaturo conſilio, verùm etiam vi adactus, initiatus ſum ſacris, quare & peto per Canones mecum diſpenſari; reſponderi poteſt: Quid ſi te vel minus maturum cõſilium, vel alicuius vis adegiſſet, vt vxorem adoleſcens duceres, deinde aliquot poſt annos eam reiicere velles, num vllũ tibi Canonem patrocinari putares? Sane nõ dubito, quin plures laici mallent vxore carere, quàm pij ſacerdotes matrimonio iungi. Licebit ne igitur illis diuortium à Chriſto prohibitum facere, ac (quod æterna eſſet non minus infamia dignum, quàm pœna) cauſas nectere, cur nunc illam, iam alteram, modo nullam vxorem aliquis habeat? Sed vt hæc abeſſe ab ipſis laicorum mentibus debẽt, ſic multo magis illa faceſſant à ſacerdotum cordibus, qui ad cæleſtè vitæ genus vocati, à mulieribus ſe abſtinent, vt ſint ſancti corpore, & animo, ac proximè Deo adhæreant. Atqui neque verùm eſt, quod ait Bodinus, cælibatus profeſsione, peccatis feneſtrã aperiri. Nam & quæ ſcelera publicè pãtrabantur Auguſti tempore, quum tam ſeduli eſſent in ma-

ritandis ordinibus, ſatis ad Romanos notat Apo-
Li.6.c.4. ſtolus, ne quid dicam de alijs. Et Bodinus hîc quoque nimis politicè tribuit Auguſti ſapientiæ, aut præſtantiæ Monarchiæ, quòd cum antea Romani ne decennium quidem in pace vixerint, is quinquaginta annos pacatè Remp. & Imperiũ adminiſtrauerit, cæteríſque id ipſum reliquerit tranquillum. Optandũ igitur erat, vt totum hoc quidquid fuit, Diuinæ diſpoſitioni tribuiſſet, quæ Romanum Imperium præparauerat, tótque ante ſæcula per Eſaiã prædixerat. Vt Roma (inquit S. Leo primus) per ſacram B. Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideret religione diuina, quàm poteſtate terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terra maríque protuleris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubiecit. Diſpoſitio námque diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno cõfœderarentur Imperio, & cito peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis. Hæc autẽ ciuitas ignorans ſuæ prouectionis auctorem, cum omnibus penè dominaretur gentibus, omnium gẽtium ſeruiebat erroribus, & magnã ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem. Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata, tanto per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta. Hæc D. Leo; quæ vtinam Bodinus in Monarchia Auguſti conſideraſſet. Sic enim humanæ Diuinam adminiſtrandi rationem præpoſuiſſet.

Li.6.c.5. Et caput quintum libri ſexti id maximè continet, vt oſtẽdat, in ſucceſsione Monarchiã rectius, quàm

quàm in electione consistere, ac durabilem fore Pontificatum, itaque multa passum esse, quoniam eligantur, non succedũt generatione carnali Pontifices. Videlicet, si successisset puer filius Pontifici demortuo, hîc Ecclesiã vniuersam regere, creare Archiepiscopos, Episcopos, Cardinales, ipse non Sacerdos pro tribunali sedere, per tutores id agere debuisset. Quæ vt sunt absurdissima (præsertim in plenitudine temporis) sic dici permittuntur ab ijs, qui politica lance diuinas res pendunt, vt in barathrum temeritatis corruãt. Quid ergo? Christus sapientia æterni Patris minus in Ecclesiæ regimine statuendo vidit, quàm Bodinus? minúsque Christianæ Reipub. Christus quàm ille cauit, cùm Dominus & virgo nasci ac mori, ac Petrum cælibem Pontificatui præfecerit, cui itidem alij fuerunt hactenus subinde suffecti? Ac tamen Monarchia hæc, quam Dei filius instituit, vniuerso mundo oblatrante & obsistente sexdecim sæcula stetit, tantóque latius Christiani fines propagauit Imperij, quanto hæresis, perfidiáque illud acrius hodiéque oppugnant, certissimo indicio firmitatis eius quàm requirebat, quæ futura in sæculum erat firmamentum, & columna veritatis. Sed & ostendat Bodinus, quàm firma successione subsistit Lutheri, & aliorum hæreticorum regnum, qui propagatione carnalium filiorum, quot capita, tot hydras posteritati reliquerunt.

Cæterùm quòd ad periculum attinet: quòd Pontificij interregni tempore aliquando contigit, nescit iste, sic diuina in terris regi à Deo, vt cùm liberam hominum voluntatem non tollat,

(quàm etiam quotieſcumque peccat, non ſinit impune abire) nihil tamen hinc pereat ſtabilitatis Eccleſiæ, cùm & in ijs qui parentibus carnalibus ſucceſſêre, peiora ſæpiùs, diuturnioráque mala euenerint.

Eodem rurſus capite adijcit, Eugenium quattum Pont. Max. à Concilio Baſileenſi excommunicatum, & Pontificatu ſpoliatum. At quòd Eugenius non errauerit, neque in hæreſim inciderit, idem Concilium Baſileenſe Lauſannæ continuatum oſtendit, quod acta ſua priora irritauit & Nicolaum quintum Eugenij ſucceſſorem, vti verùm Pontificem veneratum eſt, quemadmodum ex litteris eiuſdem Nicolai cognoſci poteſt.

Ex his igitur vir quiſque prudens intelliget, quàm circumſpectè verſandum ſit, quidquid à Bodino ſcriptum eſt. Neque verò quidquâ attigi de libera in filios iuriſdictione, quàm parentibus reſtituendam eſſe, etiam ad necem, diſſerit ex vetere Teſtamento. Id enim ſi expediuiſſet, vel *Dei* filius expoſuiſſet, cui cura, non tantùm vſque ad atramentum (vti Bodino) ſed vſque ad ſanguinem fuit de nobis; vel Apoſtoli meliore ſpiritu, quàm fuit Bodinus, afflati, per vniuerſum terrarum orbem docuiſſent. Ac certè Euangelicam manſuetudinem haud decebat, vt patres dira illa, quæ etiã in Scythis reprehenduntur, ſupplicia de filijs ſumerent. Facerent hoc leges, ſi faciendum ſit, & gratiæ Diuinæ nitor ne immanitate tollatur. Et verò pleráque alia ſunt, quæ Bodinus refert de alijs ſeu Regnis, ſiue Rebus publicis, quæ cùm non ita ſint, condonari poſſunt homini ex tanta rerum

rerum mole fatigato, neque ſemper vera ab omnibus inaudienti. Ac tamen haud tacendum eſt non recte feciſſe, qui quum in pluribus de Rep. Veneta fuiſſet hallucinatus, tum adiecerit, ſolere à Venetis eligi Duces minus prudentes, quique alijs virtutibus careant. Quod falſum eſt. Si enim ſpectaſſet qui hoc ſæculo, eoque ipſo tempore, quo libros iſtos de Rep. ſcribebat, principem locũ obtinuerunt, ſententiam, & verba mutaſſet. Quippe viri præſtantiſsimi aut armis, aut vitæ ſanctitate, vel ſapientia; & vſu rerum delecti ſunt, quales fuère præter alios multos, Priuli, Triuiſanus, Mocenicus, Venerius, Nicolaus de Ponte, quique nunc præſidet, Paſchalis Ciconia, qui cum ſapienter, & pacatè decennium Cretam, & Orientalem illam ditionem adminiſtraſſet, vitamque vixiſſet innocentem, non minus adminiſtrationi Reip. quàm propagandæ pietati dat operam. At quoniam hi de *Rep. libri* magnam rerum politicarum ſupellectilem habent, quæ plures allicit ad legendũ, videant quibus animarum ſalus potiſsimum incũbit, num ſerio danda eſſet opera, vt quàm primùm non ſolùm purgarentur, verum etiam ea aptè inſererẽtur quę in Religione Catholica, & pietate firmare Principum, & Politicorum animos poſſent. Quod ſane maximum eſſet ad Dei gloriã operę pretium.

DE PHILIPPI MORNEI GALLI LATINO LIBRO,

De Veritate Christianæ Religionis, Iudicium, & Cautio.

MIRVM est, in quot se torquet spiras, humani generis hostis, antiquus serpens: Christianam enim Religionem, simulato primùm obsequio, mox vi, & armis, deinde hæresibus, post multiplici quoque falsorum Deorum cultu, denique iterum boni specie ampliore, tentat euertere. Quæ postrema ars tanto nocentior est, quanto callidiore velo contecta, minus aperit insidias suas. Erant nostro tempore in Gallijs, qui cùm maximè Catholicam Ecclesiam cupiuissent perditam, tunc studebant in primis sacra adire, Sacramenta sumere frequenter, Canonicas horas, licet laici, & summis negotijs essent impliciti, legere quotidie, Sacellanos habere Catholicos, commendare pios quósque, fauere etiam quibusdam Religiosorum ordinibus, ac si qui de Christiana Religione scripsissent, hosce commendare, atque adeo vt ederentur in lucem, dare operam. Et hoc quidem ea mẽte, vt Catholicorũ consilia perspecta dissoluere facilius, hæresim autem Inuehere acrius, aut certe vtrique parti domina-

ri

ti poſſent. Sed vbi hæreſim viderant inualuiſſe, plures denique peſtilentiſsimi nulla verecundia ſe prodebat. Ex horum igitur numero fuit Philippus Morneus, qui alieno labore partum emiſit librū de veritate Chriſtianæ Religionis. Huius autem libri præfatio quamquam injcit dubium, num à viro Catholico ſcriptus ſit, quoniã Principi cuidam à fide Catholica alieno dicatus, monſtrat eam eſſe auctoris ſpem, vt per illum Chriſtiana Religio inſtauretur; ea tamen affert, vel profanorum, teſtimonia pro noſtris, vt procul ab omni hæreſi abeſſe videatur: quàm denique nõ ita multo poſt editum librum, eiurata Catholica Religione apud Caluinianos, & miniſtrante hæreticis ad ſcribẽdum aduerſus Catholicos materia, manifeſtum identidem fecit. Quare hoc primum nomine liber hic cauendus eſt. Errores autem reliqui notandi, nequid in *Chriſtianas mentes* inde irrepat contagij. Et quidem *hæc habet* inter alia.

Addiſcamus hic (ait) ſublime, humile, pretioſum, vile, humana nomina eſſe, humana figmenta. *pag. 31.* Sed hoc ſi ita ſit, tollũtur varij gradus perfectionis eſſentialis in naturis tã intellectualibus, quàm ſenſilibus; quod abſurdiſsimum eſt, & contra fidem. Alibi, Mens (inquit) in nobis numquã otiatur, intellectus aliquando.) Quod falſũ eſt: Neque enim *pag. 84.* mens, quæ earum eſt vna potentiarũ animę, in quibus ſanctiſsimæ Trinitatis imago conſiſtit, ſemper in actu eſt; vt ſæpiſsimè experimur.

Volumus, ait, interdum, quæ non intelligimus.) At hoc communi, veræque doctrinæ aduerſatur, *pag. 89.* cùm voluntas numquam in rem feratur ignotam.

Inter

pag.198. Inter viuere (inquit) & non viuere, videre, & non videre, non minus quàm inter esse, & non esse spatium interiacet infinitum, potestate infinita replendum.) Sed & hoc imperitiam sapit. Plus enim sine vlla comparatione distant esse, & nihil, quàm esse tale, & non esse tale. Neque enim nó videre, negatio est totius esse, sed talis esse. Quare natura priuationem hãc potest auertere: sed vt totius esse negatio tollatur, necessaria est infinita Creatoris virtus, cùm esse ab non esse distet in infinitum.

pag.204. Quot sunt formę, ait, tot sunt creationes.) Quod si ita sit, formæ iam omnes per se subsisterent, essentque immateriales; materiales autem eo tantùm nomine, non quòd è materia educerentur, sed quia in eam inducerentur, eamque informarẽt: sic verò eodem priuilegio potirẽtur, quo anima nostra rationalis, quatenus est independens à materia.

pag.437. Deus (inquit) solus satisfacit, solus satisfacere potest) Quæ propositio vera est, si suppositum intelligatur diuinum, non præcise (nã Deus vt Deus non meretur, neque satisfacit.) At proprie dicendũ est: Deus homo, vel in natura humana, satisfacit. Item alia modificatione eget propositio illa, videlice: Deus homo solus potest satisfacere de toto rigore iustitiæ; at non loquendo de toto rigore, vir iustus vere satisfacit, sicut & meretur.

Pa.449. Ea demum ait vera religio est, & sola religionis nomen meretur, quæ Deum pro scopo, Verbũ Dei pro cultus Diuini lege habet. Postea verò inquit, Verbũ hoc, Dei Verbum esse scriptũ.) Quod si ita esset; nec traditio per man⁹ ab Apostolis ad nos vsque deriuata veri cultus, & religionis esset fundamentum

pag 504. & 505.

mentum. Neque verò aliud quàm quod membranis atramento adscriptum est, verbum Dei esset: quod sane asserere, impium est.

Charitas (inquit) non est propriè veræ religionis nota, sed hominis religiosi.) Sic ille. At propositio hæc, vniuersè sumpta, seipsã destruit. Si enim religiosus sit propter ipsam religionem formaliter gloriosus, fit, vt signum illud, & nota, quæ distinguit religiosum, religione quoque distinguat. Sic S. Augustinus docet, Deum coli fide, spe, & charitate. Et S. Cyrillus Hierosolymitanus, veram ait religionem sitam esse in Diuinorum dogmatum certa notitia, recteque factis. Ac S. Chrysostomus ostendit, charitatem esse Christianæ religionis notã reliquis omnibus insigniorẽ: cùm & antea dixisset, Gentiles non è dogmatibus, sed è vita, & factis Christianorum iudicare nostra dogmata. Quod item his verbis expressit. Hæc verò omnia, sanctissima Christi Domini doctrina probat, qui inquit, *In hoc cognoscẽt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

Ibidem.

S. Augu. in Enchiridio, c. 3.

S. Cyril. lus Hierosolym. Cate. 4.

S. Chrys. hom. vlt. in epi. ad Timoth. & ho. 4. in Titũ. Serm. 30. in epi. ad Hebræos Ioan. 13.

Nostri mali (ait) labes non à defectu charitatis profecta est.) Atqui nullum peccatum mortiferum committi potest, quin deordinatus actus, & electio voluntatis primo concurrant. Qui profecto actus ecquid est, nisi charitatis Deo ac proximo debitæ, defectus? Sed & eadem pagina cũ dicat, In quo religio sit, in eo charitatem esse:) neque dissentit ab Lutherana hæresi, opinante fidem nemini sine charitate inesse; & sentit tantummodo dogmatum doctrinam ipsam esse religionem.

pag. 450.

Addit,

pag.466. Addit, à nomine Iudæorum vmquam Gentilium Deos approbatos fuiſſe.) Quod quidem Diuinæ ſcripturæ auerſatur, comminanti ſæpiſsimè Iudæis idolatriæ peccatum, quodque dæmonibus, & Dijs gentium ſacrificaſſẽt. Et verò notiſsimum eſt, decẽ trib⁹è duodecim, diutiſsimè vitulos illos, 3. Reg. 3. Roboam iuſſu effictos adoraſſe, qui in monte Ephraim fuerant poſiti: ſeu vitulæ fuerint, vti Septuaginta verterunt Interpretes, & Ioſephus ſcriptum reliquit, ſeu nominare eas libeat vna cùm Oſea vaccas, quas & contemptim (vt S. Hieronymus inquit) vocat Propheta ille fortes.

Ioſephus lib. 8. antiqu. c. 3. Oſea 10.

pag. 497. Angeli, & dæmones (inquit) non poteſtate propria differunt. ſed voluntate, & facto: vt inter homines non differunt boni à malis, aut robore corporis, aut ingenij vi, ſed tum corporis, tum ingenij exercitatione, functione, vſu. Sed Patres rectiſsimè docent, nec potẽtia, neque actu intelligẽdi cõparãdos eſſe malos angelos cũ bonis. Dęmonũ enim vires ligatas, eorũque intellectionẽ peruerſitate affectus, & voluntatis, magna ex parte obſcuratam eſſe: vt Dionyſius Areopagita peruerſam dixerit eſſe in dæmonibus phantaſiam: & S. Thomas: Licet in dæmonibus imminuta nõ ſit naturalis cognitio, eam tamen, quę per gratiam & reuelationem infunditur, aut prorſus ab ijs abeſſe, aut imminutã fuiſſe; cùm affectiua, quæ diuinum gignit amorem, omnino ſit in ijs extincta.

Dionyſ. Areopa. S. Thom. 1. p. q. 64. ar. 1.

Porro Morneus c. 23. & 24. ſcribit, apud Iſraelitas tantùm fuiſſe verum Deum, verũque diuinum cultum, veráque huius normam in verbo Dei manifeſtatam in eorum libris ſacris, ab qua norma

num

numquam degenerauerint. Quæ ſententiæ omnes (quantamuis incautis prętexant veritatis ſpęciem) falſiſsimæ ſunt. Sic enim ante Abrahamum nulla vmquam extitiſſet Eccleſia; & vt extitiſſet, fuiſſet ſine Deo, ſine veneratione cultúque diuino. Cùm autem norma diuini cultus, iſto aſſerente, expreſſa fuerit in Hebræorũ Diuino codice, iam cùm antea plus bis mille annis effluxerit, quibus eiuſmodi libris mundus caruit, neque uerus Dei cultus extitiſſet, nec traditio ipſius ante Hebræos codices ſuppleuiſſet, vt reuera ſuppleuit. Iudæos autẽ ab ea cultus norma degeneraſſe, quàm in diuinis Scripturis acceperãt, ipſęmet Scripturę paſsim clamant.

Blaſphemat denique, & temerè, & imperitè, multa reperiri in Scripturis, quæ ſint contra naturam, *pag. 506.*

CAV

CAVTIO DE IIS, QVAE *scripsit tum Machiauellus, tum is, qui aduersus eum scripsit Antimachiauellum, cui nomen haud adscripsit.*

DIXIMVS alibi non defuisse Machiauello ingenium, & acumen, sed defuisse pietatem, & vsum rerum; quibus tamquam duabus alis qui careat, si volatum attentet, præceps ruat necesse est.

De Machiauello igitur id rursus statuendum est, hominem fuisse, cuius consilijs qui abhibuerit fidem, facillimè sentiet, non ita multo post, quantumcumque solidum Principatum, Rempublicam, Regnum, Imperium, conuelli & cadere. An verò poterat consilium dari pestilentius, quàm quum Principi suadet, vt spreto alieno consilio, suæ ipsius prudentiæ innitatur? Pietatem & religionem, quàm etiam non habeat, præseferat? Siquid in religione falsum sit, comprobet ac firmet, dum id prosit fouendæ qualicumque religioni? Religionem ethnicam præferat Christianę? Doctores Christianæ religionis nihili faciat? De Ro. Cath. Ecclesia pessimè sentiat? Moysis auctoritatem & leges, vi & armis, nõ fide ac Deo nixas fuisse credat? Fortunæ & casui fœlicitatem, non vir

virtuti, & religioni veræ tribuat? Et hæc quidem sceleratum illud Satanæ organum, prioribus duobus libris, quibus de Principe agit, sic insipienti mundo obtrusit, vt hoc veneno epoto, pleriq; sese ingentes politicos, & cõsiliarios æstimantes, constitutas optimè optimorum Regnorum res, facili negotio pessumdederint. At naturalis & diuini luminis radij secus illustrant sapientum hominum mentes, qui à Deo conditi quum sectati essent ductum maiorum, qui probissimi & fortissimi fuerant, experti sunt, pietate, ac vna Catholica religione, mox consilio, veritate, humilitate, Imperia stetisse; contrarijs autem vitijs corruisse. Id quod pluribus hoc sæculo ex prouincijs ac Regnis quondã florentissimis, in oculos passim incurrit. Inter multas Ecclesiæ notas, vna est (inquit Bellarminus) *fœlicitas temporalis diuinitus collata eis, qui Ecclesiam defendunt.* Nunquam enim *Catholici Principes* ex animo Deo adhæserunt, *quin facillimè* de hostibus triumpharent. Notæ sunt in primis victoriæ in Testamento veteri Abrahæ, Mosis, Iosuæ, Gedeonis, Samuelis, Dauidis, Ezechiæ, Iosiæ, Machabæorum. In Testamento nouo Constantinus, qui primus ex Imperatoribus Ecclesiam defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moses Pharaonem. Et de eo sic ait Augustinus lib. 5. Ciuit. cap. 25. Constantinum Imperatorem, non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit ac defendit; in administrandis & gerendis

bellis victoriosissimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est; grandæuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. De Theodosio seniore scribit idē Augustinus ibid. cap. 26. quòd quia Catholicus erat, adeo prosperè illi omnia succedebant, vt in prælijs tela hostiū in ipsos, Deo agente, retorquerentur. Addit Theodoretus lib. 5. histor. cap. 24. SS. Ioannem & Philippum Apostolos apparuisse in equis albis in eodem prælio, qui pro eo pugnabant. De Honorio etiam planè Catholico, & Romano Pontifici addictissimo, vt patet ex eius epistolis ad Bonifacium Papā, scribit Aug. lib. 5. ciuit. cap. 23. ita Deum pro illo pugnasse, vt vno prælio amplius quàm centum millia hostium prosternerentur, & Rex ipse hostis cùm filijs caperetur, & occideretur, ex Romanis ne vno quidē vulnerato, ne dicam extincto. De Theodosio iuniore scribit Socrates lib. 7. cap. 18. hist. quòd eius exercitu pugnante cùm Persis, quum Saraceni venirent in auxilium Persarū, Angeli turbauerunt Saracenos, & eorum circiter centū millia in Euphrate submerserunt. Iustinianus, donec Catholicus fuit, fœlicissimè imperauit, ita vt Italiam, & Africam, & alias multas regiones Romano Imperio restituerit; vt patet ex Euagrio lib. 4. hist. cap. 16. & seq. At vbi hæreticus factus est, & edictum proponere voluit de sua hæresi recipienda, mox repentina morte sublatus est, & Ecclesiam magno metu liberauit; vt idem Euagrius scribit lib. 4. cap. vlt. Heraclius similiter dum Catholicus esset, præclarissimam victoriā de Persis reportauit, & Crucem Domini recepit,

recepit, quando res Romanæ desperatæ videbantur. At postquam factus est hæreticus Monotheli-ta, omnia infeliciter successerunt, & ipse nouo atque inaudito morbo extinctus est. Constat etiam ex historijs Græcorum, Zonaræ, Nicetæ, Nicephori Gregoræ, Laonici Calchocondylæ, Imperatores Orientis, ab eo tempore, quo propter dissidiũ circa Imagines se ab Ecclesia Romana separauerũt, semper magis & magis decreuisse, donec tandem Imperium amiserunt. In Occidente verò liquet ex historijs nostris, Nauclero, Sabellico, Antonino, &c. semper Imperatores magis vel minus floruisse, prout magis vel minus Romanæ Ecclesiæ se filios & protectores ostenderunt. Tẽpore Innocentij I I I. in Gallia ab octo millibus Catholicorum cæsa sunt vno prælio centũ millia partim Albigensium hæreticorum, partim eorum, qui illis fauebant, vt scribit Æmilius lib. 6. hist. Francorũ. Nostris tẽporibus anno 1531. quinque prælia commiserunt Heluetij Catholici cum hæreticis Heluetijs, & semper Catholici vicerũt, cùm tamẽ essent numero, & armis multo inferiores. Vide Cochlæum in actis Lutheri anni 1531. Carolus V. miraculo Diuino victoriã reportauit de Lutheranis anno 1547. In Gallia quoque, & Belgio multas victorias Catholici de hæreticis, non sine miraculo, reportarunt; immo vix vnquam fuerunt hæretici superiores, quando iusto prælio dimicatum est.

Sed redeo ad easdem labes Machiauelli, vt cognita pestis magis caueatur. Neque enim quidquam pernicioſius effari poterat, quàm quum belli iustitiam in ea, quam quisque putat sibi esse necessi- *Lib. 3.*

neceſsitatem, ſtatuat: quippe hac occaſione iuſtè inflammaſſe orbem vniuerſum Nerones, & impij quique, hæreticíque omnes pro ſua libidine dicerentur; quum tamen belli iuſtæ tantummodo cauſæ ſint defenſio, aut reſtitutio Religionis, patriæ, pacis, & aliorum bonorum magni momenti, à legitimis poteſtatibus. Nihil item magis venenatum, quàm quum ait, Principi, vt omnem penitus pacis ſpem ac deſiderium præcidat inſignibus iniurijs violandos eſſe aduerſarios. In prouincijs ſubactis Colonias ſic eſſe collocandas, vt veteres ablegentur incolæ: Quibus autem mutatio grauis eſt, omnes eſſe ſubuertendos, & familias funditus tollendas. (Viden' hinc Mahometiſmum palam ſtatui?) Prauis moribus eſſe implendam ſeu prouinciam, ſiue ciuitatẽ, quas ſine bello velit vlciſci. Stultum eſſe, ſi quis putet, veterum iniuriarũ obliuionem induci nouis benefactis. Principi tyrannum aliquem inſignem imitandum eſſe, tempendámque crudelitatis famam, dum in officio ſubditos contineat. Expedire, vt metuatur plus, quàm ametur. Amicitiæ haud fidendum. Si quem plectere velit, ſpecioſum aliquid eſſe prætexendum: Leonis & Vulpis induendum ingenium: Immanitatem vno impetu, ſenſim verò exercendam beneficientiam: Factiones eſſe alendas inter ſubditos; tollẽdos autem de medio boni publici amantes: peſsima denique omnia, arte, dolove, & ruina ſubditorũ eſſe patranda. Hæc igitur: & huiuſmodi alia nebulo ille impius, naturæ, iuris, religionis oſor, & Atheiſmi inuector: quare & blaſphemans euomuit damnatam animam.

At

At etsi à prudentibus ethnicis haud malè, à Christianis autem optimè ista omnia fuêre prius refutata, quàm à Machiauello collecta, fuit tamen non ita pridem inter Caluinianos, qui quum Geneuam aufugisset, librum edidit, quem Antimachiauellum, celato suo nomine inscripsit. In eo ex antiquis historijs ducit quidem argumenta, quibus Machiauellus oppugnatur: sed vbi hic Catholicam oppugnat Ecclesiam, vel vbi occasio sese dat, facilè Machiauellum blasphemando æquat, & superat. Quare quod poterat vsui esse, ac quidquid præmij consequi apud Deum & homines; si in Machiauello confutando perstitisset, vtrumque perditè perditus amisit. Quod sanè hæretici ferè faciunt, dum antidotis abutuntur, non ad tollenda, sed ad insinuanda, & tegenda venena.

Quanto rectius Sanctus Thomas aureo opere de *regimine Principum*, Regem Cypri docuit, *Quis Rex*, quæ necessitas sit, vt & ipse ratione regatur, quum natura passim ordinem spiret in omnibus etiam quæ sensu carent: Qui finis, quum regimen iniustum sit, atque peruersum, si priuatum, non publicum commodum quærat: Quæ ratio administrandi potior, nempe per vnum, quando quidem & hoc Deum ipsum referat, & naturam imitetur. (Sicut enim vnius administratio optima est, quum iusta est: sic si sit iniusta, pessima est. (Quomodo regimina vel vnius, vel plurium, vertantur in tyrannidem: Quomodo hæc tollenda, vel declinanda, aut etiam interdum toleranda sit: Quid præcipuè Regem debeat impellere, vt rectè administret, honosne, vel gloria, an alia. Quoniam

verò mundanus honor, & hominum gloria Regiæ ſolicitudinis non eſt ſufficiens præmium, ideo expectandum eſſe à Deo præmium. Non enim (ait ex Auguſtino) Chriſtianos Principes, quia diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hoſtes Reipublicæ diminuerunt, vel ciues aduerſum ſe inſurgẽtes & cauere, & opprimere potuerunt; ſed felices eos dicimus, ſi iuſtè imperant, ſi malunt cupiditatibus potius, quàm gentibus quibuſlibet imperare: ſi omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriæ, ſed propter charitatem felicitatis æternæ. Tales Imperatores Chriſtianos felices interim dicimus ſpe, poſtea re ipſa futuros, quum id quod expectamus, aduenerit. Hæc Sãctus Thomas ex Auguſtino: quæ poſtea ſapientiſsimis rationibus firmat, dum & monſtrat, præmium Regum tenere excelſum gradũ in beatitudine cæleſti; quare & bono regimini ſtudendum eſſe ob bonum ſui ipſius, atque ob id, quod inde percipitur fructus, quum ſic quoque magis diuitiæ, poteſtas, honor, & fama potius quàm ex improba adminiſtratione cõſequantur. Cæterùm, Regem in Regno debere eſſe ſicut animã in corpore, & ſicut Deum in mundo, qui cuncta ordine, propriã operatione, loco diſponit: ſic tamen, vt diſtinctæ ſint adminiſtrationes, Sacerdotalis, & Regia, & ſuum vnaquæque præſtet officium. At ſicut ad vltimum finem conſequendum requiritur, vt Rex ſubditos ſuos diſponat ad viuendum ſecundum virtutem, ita requiri, vt eos diſponat ad fines medios, quos explicat, rationibus additis, quibus impedimenta tollantur.

Quæ

Quæ cum ſummatim priore libro egiſſet, deſcendit ſecundo libro ad ea, quæ pertinent ad inſtituendam ciuitatem, ad arces ſtatuendas, ad pecunias rectè comparandas, ad probos adminiſtratores (vbi & de Dominio politico, & deſpotico) ad itinera tuta, & commoda, ad iuſtas menſuras, & pondera; ad pauperes ſuſtentãdos, ad cultum diuinum ritè, ſolidéque exercendum.

Tertio libro adhuc altius, atque præſtantius docet, omne Dominium eſſe à Deo, ex cõſideratione naturæ entis, & motus cuiuſlibet creatæ naturæ, ac finis: Poſt quæ de antiquo Romanorum dominio, de Pontificatu Chriſtiano, de cæteris Imperatoribus, & Regibus, & alijs gradibus ſapiẽter diſſerit.

Quartum librum abſoluit tractatione, ea quæ ad plurium Dominium ſpectat, quod Politicum dicitur: vbi varia recenſet adminiſtrationum genera, quę ethnici adhibuêre, quæve Socrates, Plato, Ariſtoteles, & alij de hac re attigerunt: quæ eò refert, vt conſtitutionem integram ciuitatis per tale regimen tradat.

Hoc igitur paucis ad optimum librum indicandum, ſatis eſto, quo rectiſsimè quoque aduerſus Machiauelli, & Antimachiauelli impoſturas poſſit præmuniri: quum quæ poſtea Chryſoſtomus Iauellus copioſius, & optima methodo hac de re, alijve ſcripſerunt, maximè verſanda ſint ijs, qui vel adminiſtrant, vel adminiſtrantibus conſulunt.

EX LIB. III.

DE NOBILITATE CHRISTIANA,

HIERONYMI OSORII EPISCOPI.

De Nicolao Machiauello.

QVIN etiam impurus quidam ſcriptor atque nefarius, in libris, in quibus & ſuæ ciuitatis hiſtoriam, & multas quæſtiones ad Reip. ſtatum pertinentes Etruſco ſermone complexus eſt, non putauit diſſimulandum, quid de noſtrorum ſacrorum religione ſentiret. Chriſtianam religionem ſcribit, illam magnitudinẽ animi, quæ in antiquis elucebat, funditus ſuſtuliſſe. Romani Imperij ruinã, laudis & glorię labem, virtutis etiam militaris interitum, huic ſanctiſsimæ ſummi & æterni Dei Religioni aſsignandum putat. Tum poſtremò, vt aliqua ex parte vitet offenſionem bonorum, id inquit non vitio Religionis, ſed interpretum, qui illam malè intellexerunt, accidiſſe: cùm tamen non poſſet oſtendere quæ fuerit illa peruerſa interpretatio, quæ tantorum malorum cauſam præbuerit. Sed vt infixo aculeo honeſtè poſſet quacumque ratione diſcedere, ineptiſsimam illam medicinã iuſti dolori

loris adhibuit. Parcerem mortuo, si non plures hunc monumentis inquinatissimis, quàm olim vita contemptissima lęsisset. Sed quando tam indignũ conuicium Christianæ nobilitati, illius defuncti scripta faciunt, non dubitabo Christi præsidio tectus, cùm hominis conscelerati manibus confligere. Quod tamen non studio pugnandi faciam, sed vt eorum amentiæ, atque sceleri resistam, qui in eadem mentis cæcitate versantur. Latè enim disseminatum est hoc malum multósque funesta contagione grauiter infecit.

Primùm igitur illud requiro, quid in nostris hominibus viderit, quod posset vlla ratione contemnere. Nam si magnitudo animi perspicitur ex rerum humanarum despicientia, & ex quadam elatione, nihil nisi diuinum & inclytum cogitante; nihil certè illustrius esse nostris potest: qui cùm se *intelligerent, in diuinam familiam vocatos, omnes res mortales infra* se positas esse dixerunt, omniaque *vitæ consilia* ad diuinitatem, & immortalitatem retulerunt. Si fortitudinis est omnis inuicta patientia; quis nostrorum animum non admirabitur, cùm viderit ipsas etiam virgines, pro Christi nomine acerbissima supplicia, & omnes corporis cruciatus appetiuisse? Quantis laudibus celebratur Leæna meretrix; quòd multis tormentis lacerata, conscios coniurationis non indicarit? Quantis Anaxarchus eadem ipsa de causa? Quantis denique Syracusanus ille Thraso, quòd nullis supplicijs adduci potuerit, vt socios coniurationis proderet? Hos certè Machiauellus ipse (sic enim appellatur *præclarus scriptor*, cùm quo mihi res est)

nullo modo contemnendos putabit, propterea quod expertes veræ Religionis extiterunt, quàm ſolam laudis expertem eſſe vult, & coniurationis participes fuerunt, cuius expediendæ rationem in ſumma laude ponit. At quàm obſcura eſt illorum conſtantia, ſi ad noſtrorum virtutem conferatur? Si enim cauſam reſpicias: illi Tyrannorũ odio, à quibus læſi erant, ſupplicia perferebant; noſtri Chriſti amore, à quo diuinis beneficijs ornati fuerant, tormenta omnia leuia putabant. Si cruciatus magnitudinem conſideres atque diuturnitatem in noſtros; non vſitata, vt in illos, ſed noua & inaudita genera tormentorum inuenta fuerunt, quæ diutiſſimè viuorum corpora lacerarent, atque contunderent. Illi deinde in deſperatione omnium fortunarum dignitatis ſpeciem aliquam retinuerunt: noſtri cùm ſibi vtrum vellent liberum fuiſſet, non inuiti tamen mortem claram cùm ignominioſa vita commutarunt. Si ad numerum aduertas, ridiculum eſt, pauciſsimos infinitis opponere. Hanc tu diſciplinam, è quæ tam præclara documẽta virtutis extiterunt, contemnis? Hac inſtitutione, quæ infirmam etiam naturam mulierum, imbecillam ætatem puerorum incredibili conſtantia armauit, quæ tantam multitudinem in laudis & gloriæ ſtudiũ incitauit, abiectos animos, atque demiſſos effici contendes? Quæ eſt iſta mentis peruerſitas, vt virtutis vmbram admireris, veram virtutẽ pro nihilo habendam pures? Sed nimirum illud eſt: Facié tantum Crucis adſpicis, virtutem illam excellentem ſub ſpecie Crucis occultatam non intueris. Nec enim mẽs anguſta, tenebris oppleta, & ſordib⁹ inqui

inquinata, tantæ lucis splendorem sustinere vllo modo potest. Christi enim disciplina, vt inquit Paulus, perditis & profligatis hominibus, insciti æ, & humilitatis speciem præbet; moderatis verò, diuinóque beneficio cõfirmatis ostẽdit sapientiæ cælestis, atque diuinæ virtutis amplitudinem. Atque quemadmodum in Christi persona omnes illam faciem videbant, in qua, vt erat Esaiæ vaticinio prædictum, nõ erat species neque decor: non tamẽ omnes illam gloriam diuinitatis, quàm Ioannes vidit, inspexerunt: sic etiam multi propter similem mentis caliginem, Christianorum vitam inanissimis ornamentis nudatam despiciunt; illam verò excellentem Christianæ dignitatis lucem aspicere nulla ratione possunt.

Sequitur vt etiam de virtute militari aliquid dicamus, quàm ille Christianis moribus & institutis longe alienam putat. Qui conuenit (inquit ille) cùm istius virtutis celebritate gloriæ contemptio, quæ Christianis omnibus præscribi solet? Nemo enim nisi laudis studio inflammatus fuerit, pericula sibi subeunda putabit. Iam quod asserit, neminem, nisi qui laudis studio adductus sit, fortem fieri posse; non credo facile concessuros illos philosophos fuisse, qui simul & de contemnenda gloria conscripserunt, & fortitudinis innumera præcepta tradiderunt. Nam si illa mutuo se se perimere existimarent, numquam essent tam amentes, vt eadem opera homines à cupiditate laudis abducendos, & in studium virtutis incitandos esse ducerent. Virtutem autem illam esse statuerunt, quæ non ex vulgi rumore penderet,

sed

ſed quæ præclaras actiones ipſius honeſtatis cauſa ſuſciperet. Hic autē ſic argumētatur, quaſi ſola laudis cupiditas ad virtutem acuat; & non alij multi potiores ſint virtutis & induſtriæ ſtimuli, quibus bonorum animi dies & noctes concitati, pericula libenter, & ſtudioſē ſuſcipiant: nempe inſignis in patriam beneuolētia, ipſius virtutis amor, egregia deinde legum, atque Religionis obſeruantia, quæ quidem omnia ſunt in Chriſtianorum inſtituris perfectiſsima. Quid ſi laudis etiam ſtudioſiſsimi ſunt? Tamen iſto erit quiſquam vel furore, vel impudentia, vt hoc nomine dignitatem illorum imminuere conetur? Sunt illi quidem ab inanis laudis cupiditate remotiſsimi; immortalis tamen, & veræ gloriæ cupiditate vehementer incenſi. Deſpiciunt hominum famam, ad veram tamē laudem, quæ Chriſti omnia conſpicientis teſtimonio continetur, ardēter incumbunt. Non cupiunt homines rerum ſuarum ſpectatores habere, nēpe qui ſciant, ſe Angelis inſpectantibus omnia præclara facinora ſuſcepturos. Hoc magni animi eſt, hoc generoſi, atque magnifici, non pendere ex imperitæ plebis opinione, infima omnia negligere, cæleſtia tantum atque diuina contemplari. Quid enim iſte dicat in Chriſtianis moribus humile atque demiſſum non ſatis intelligo. Si ſuperbiam, & inſolentiam, ſi mores immanes; ſi animos contumaciter elatos, atque inflatos, animi magnitudinem indicare putat: fateor nihil in terris eſſe Chriſtianorum natione contemptius: nempe quæ ſumma contentione in ſtudio moderationis, manſuetudinis, lenitatis euigilet. Si verò virtutes omnes, vt etiam

erudi

eruditissimi prodiderunt, vno cõiunctionis vinculo continentur: nec vlla pugna inter illas esse potest, tantùm abest, vt mansuetudinis atque modestiæ laus splendori fortitudinis aduersetur, vt etiam nullo modo à se inuicem diuelli atque disiungi queant. Itaque nemo vir fortis esse potest, nisi idem sit mansuetus atque moderatus. Longè enim fallitur opinione, qui animi impetum non æquitatis, & humanitatis studio, sed cupiditate atque furore concitatũ, fortitudinem appellandam potius, quàm importunæ cuiusdam belluæ feritatem putat. Iste autẽ præclarus auctor, qui Principes ad communis salutis perniciem instruit, qui Imperij opes non tam æquitate, & clementia, quàm perfidia, & crudelitate stabilire docet, appellet sanè quo velit nomine furorem illum, cunctam barbariem scelere & immanitate superantem, dummodo nemo sanus tam stultæ atque nefariæ opinioni assentiatur. Nos verò numquam ita amentes erimus, vt illam animi moderationem, quàm sacræ litteræ appellant humilitatem, vt clementiam & mansuetudinem, cuius nobis idem auctor extitit, qui & eximiæ fortitudinis exemplum ipsam fortitudinem impedire dicamus. Nam cùm virtutes inter se conglutinatæ sint, tum vel maximè animi moderatio, atque fortitudo. Vtraque enim ab eadem animi magnitudine profecta, eandem propemodum retinet dignitatem. Nec enim maioris animi est impetum hostium sustinere, quàm cobibere iracundiam, & omnem perturbationem reprimere, nec vlla offensione ab humanitate, & à mentis constantia deturbari. Non itaque fermè

fuit

fuit vir egregiè fortis, quin etiam laudem manſuetudinis ſibi adſciuerit. Quanta gloria fuit illa Themiſtoclis, cùm eſſet in conſilio Græcorum à reliquis ducibus conuicijs indigniſsimè vexatus, ille verò petulantiam illam non conuicio, ſed patientia comprimendâ putaret? Quid hic Periclem referam? Quid Iulium Cæſarem, & alios complures, qui non maiore ſtudio virtutis Imperatoriæ nomen, quàm manſuetudinis & patientiæ laudem venabantur? Contra verò, vt quiſque maximè anguſti animi eſt atque demiſsi, ita eſt ad iracundiam & feritatem maximè propenſus. Omnes illi barbari, qui à diſciplina fortitudinis abhorrent, ita crudeles habiti ſunt, vt loquendi conſuetudo crudelitati ipſi barbarici nomen adſcripſerit. Quid de mulierum natura dicam? Quibus vt nihil eſt imbecillius, ita nihil ad iniuriam perſequendam concitatius. Quod ſi modeſtia atque manſuetudo virtutis ſplendorem non excludit, ſed cùm ab eadem animi magnitudine naſcatur, ipſam fortitudinem exornat: iſta tamen erit quiſquam dementia, vt Chriſtianam manſuetudinem imbecillitatem vocet, præceptis fortitudinis repugnantem? Quæ malum eſt iſta peruerſitas, atque impius furor, vt ea, quorum tenuem vmbram in alijs ſuſpicimus, in noſtris vera & ſumma contemnamus? Magnanimi ſemper habiti ſunt, qui contumelia lacerati, & iniuria laceſsiti, ira non efferuntur. At noſtri illam diſciplinam à Chriſto acceperunt, vt humanitate conuicia, beneficijs iniuriam vlciſcantur. Ergo dicet aliquis, cùm ita manſueti ſint, numquam impetum hoſtium à ſuis finibus depellent, neque ſceleri

leri armis resistent, sed quemuis furorem beneficio compensabunt. Hoc qui dicit, minimè expendit officiorum momenta: nec intelligit alia alijs personis, locis, temporibus, causis conuenire. Christiani ipsi, qui in priuatis offensionibus & iniurijs moderationem, atque patientiam amplectuntur, ijdem in publicis periculis acerrimi & vehementes publicæ salutis, atque libertatis vindices existunt, præsertim vbi simul agitur dignitas Religionis. Tunc enim mansuetudinem indignum flagitium, patientiam scelus nefarium arbitrantur. Hac mente præditus fuit diuinus ille Moses, quem sacræ litteræ perhibent fuisse inter omnes mortales mitissimum, qui tamen & hostium copias singulari virtute represit, & læsi numinis offensionem multorum supplicio placauit. Talis fuit etiam Dauid, quem vnum Diuina oracula laude mansuetudinis vnicè commendant. Hic tamen *incredibili* virtute maximos & fortissimos *hostium* exercitus profligauit, & ingentes alienigenarum strages edidit. Sic etiam multi Christiani Principes ad omnem rationem humanitatis commodissimi, bellicæ fortitudinis gloriæ laudem mansuetudinis æquarunt. Quid? ipse Christus nonne satis exemplo suo nos admonuit, quatenus esset vtendum mansuetudine, quo rursus in loco seueritatis persona suscipienda esset, cùm sacrilegos, qui sacras cæremonias polluebant, flagris seuerè & acriter insecutus est? Non est igitur cur quisquam Christianam mansuetudinem aspernetur, cùm ita cum vera fortitudine coniuncta sit, vt *nihil possit* esse copulatius. Vtraque enim ab eodem

eodem fonte manat, & altera alteram incredibiliter illustrat.

Nunc ad postremum egregij scriptoris argumentum veniamus, quod totum in Religione consistit, & in illis antiquis cæremonijs omni scelere contaminatis. Tantam enim vim habuisse putat hostiarum cædem profanam, atque pecudum stragem, vt repente ex timidis feros & audaces efficeret. Nos itaque qui nec hostias cædimus, neq; quadrupedum sanguine aras cruentamus, nec exta inspicimus, magnis ad virtutem instrumentis hoc religionis incommodo priuati. Hic profecto nescio, quid vel ad impietatis furorem, vel ad mentis cæcitatem, & stultitiam addi possit. Nefariam superstitionem cùm sanctissima Dei immortalis Religione comparare, facinus est inexpiabile, atque nefandum: existimare autem, illum qui pecudum carnificinam intrepido vultu cõspexerit, continuo fortem euasurum, extremæ dementiæ argumentum. Cur enim isto auctore non conquirimus omnes lanios? cur non etiam carnifices? (hos enim oportet magis efferatos esse, à quibus hominum corpora laniantur) ad arma similiter euocamus? Vt scilicet illa virtute, quàm aut sanguine pecudum, aut supplicio damnatorum adepti sunt, in hostes irruãt, & à nobis omnia pericula propulsent. Quid si ostendo, omnia in illis gentium sacrificijs, & cæremonijs ad imbecillitatem, atque formidinem spectauisse, nec aliquid fuisse quod animum confirmare posset? Primum precationes illæ priscis atque solemnibus verbis institutæ, quantum anxietatis habebant? In quibus si quid titubatum fuisset,

fuisset, si quid præposteris verbis, aut siniſtris ominibus effatum, putabant continuò omnes Deos P.R. iratos fore. Deinde quanta illa formido erat hominibus, anili superstitione implicatis iniecta, cùm non satis ex animi sententia litabatur? cùm exta dirum aliquod & triste minabantur exitum? Cum verò accidisset, vt multas eodem tempore hostias immolarent, & casus ita tulisset, vt aliarum exta darent illa signa, quibus homines existimabant, Deo omnia secunda promittere, aliarum verò tristia denunciarent: necesse erat, vt essent incredibili metu suspensæ mentes illorum, qui neque secundis extis propter veritatem, & inconstantiam confirmari poterant, neque rursus dira propter religionem, qua erant penitus imbuti, contemnere. Quid ostenta, prodigia, aruspicum responsa, quantam vim habebant ad animos debilitandos atque frangendos? Cum nihil omnino neque natura, neq; fortuito accidisset, quod non interpretarentur, Deorum id consilio fieri, cladem aliquam portendentium. Itaque vel alitis inuolatus, vel terræ fremitus, vel dextrum fulmen, vel quæuis eiusmodi monstra, atque conficta interdum prodigia terrorem, atque metum miseris hominibus incutiebant. Quid autem solistima tripudia commemorem? quæ cum essent coacta, nec illis quidem superstitiosis hominibus, & auspicio valde deditis firmam spem facere poterant. Si verò pulli casu aliquo non pascerentur, eáque res ad militum animos permanaret, quasi de pernicie à Dijs ipsis præmoniti, attoniti religione manus cùm hoste conserebant, ancipiti formidine

perturbati, atque impediti. Multis itaque in locis proditum memoriæ est, exercitus fusos, atque cæsos esse, quòd vitio contra hostes educti fuissent. Quod quidē minimè mirum est Cùm enim essent illa religione perfusi, vt crederent, non sine Deorum cōsilio,& numine, cladem atque pestem denunciantium, pullos iniectam offam neglexisse, ob idque omnium mentes cōcidissent, manúsque metu obtorpuissent, neque solita spe, atq; audacia prælium commisissent, necesse erat, vt cladem aliquam insignem acciperent. Inde adeo factum est, vt omnes illis religionibus valdē dediti, quos fanaticos appellabant, in timore perpetuo, & cura mente ancipiti versarentur. Quid? quod multi viri strenui leuissimis ostentis permoti, magnam multis in locis timoris significationem dederunt? Lacedæmonij. vt de Græcis etiā aliquid dicamus, cùm bellum aliquod suscepissent, Regésque ipsi in patriæ finibus de more sacrificarent, si casu non litabant, exercitus continuo domum reducebant. Cúmque essent Lacedæmonij moribus, & institutis ad duritiem, atque virtutē militarem educati, tamen ea imbecillitate ducta ex sacrorum impura religione tenebantur, vt bellum intermitterent. Iam si strepitus aliquis auditus fuisset, omnia belli consilia ab illis deserta,& omissa iacebant. Quid autem quæso aliud, vt Lacedæmonios omittamus, Athenienſium opes euertit, quàm anilis quædam, & misera superstitio? Cùm enim Imperator sanè fortis Nicias,& classi,& exercitui simul cùm Demosthene præfectus esset, & Syracusas oppugnaret, intelligerétque ciuitatem illam & suis viribus, & totius

& totius Græciæ auxilio munitam capi non posse: Demosthenésque instaret, vt classem à portu deducerent, ne præcluso exitu ab hostibus, omne robur Athenienſium, quod in illa classe continebatur, miserè periret: id Nicias ipse comprobabat, religione tamen impeditus, salutare consilium executus non est. Paucis enim illis diebus Lunæ lumen, terræ, vt certis temporibus fieri necesse est, interiectu defecerat. Id Nicias ostentum ratus, ad religionem interpretes deferendum statuit. Illi nefas esse respondent intra triginta dies classe nauigare, aut quippiam aliud moliri. Interea Siculi magnis molibus portus fauces obstruunt, & exitum multis nauibus obiectis intercludunt. Classis igitur illa, in qua flos Atticæ iuuentutis, & Athenienſum robur inerat, cùm iam frustra classem hostium perrumpere, & è portu progredi conaretur, inepta illa Niciæ superstitione miserrimè dissipata, atque depressa est, omníque nobilitas occisione consumpta. Hæc tu sacra impia, has religiones impuras & aniles ad virtutem erudire, & instituere dices, quæ homines etiam impuros, & audaces, horribili formidine replebant, mentem à constantia deducebant, consilia salutis impediebant? Eam tum gratiam Christo optimo maximo refers, cuius munere, atque beneficio tam impia, tam impura, tam dementi superstitione leuati, atque liberati sumus, vt illam etiam Christi religioni anteponas? Nam si animi Christianis institutis informati, fracti, languidi, atque demissi efficiuntur: illis verò antiquis, & impuris cæremonijs, quibus diuini honores

habebantur impiorum hominum ſimulachris, ad virtutem incitabantur: illa certè videntur his noſtræ religionis inſtitutis omnino præferenda. At vide in quanta erroris opinione, atque amentia verſatus ſis. Qui verè Chriſtiana religione imbuti ſunt, non alitis inuolatu, non occinis cantu, non extis triſtia manantibus permouentur: non terræ motu, non fulmine, non prodigijs vllis, aut monſtris conturbantur. Nihil eſt denique quod animum hominis Chriſtiani conuellere, aut labefactare poſsit. Sic eſt enim inſtitutus, vt ſi orbē terrarum bellis ardere videat, ſi omnia ſibi pericula intendi, ſi cuncta incendia cōflagrare, atque penè conſumi, ipſe tamen optima ſpe planus conſtantiam retineat, nec vllo vnquam horrore perfundatur. Primū, quia credit eſſe ſe fortiſsimis copijs conſtipatum, atque communitum. Didicit enim è ſacris litteris eſſe quoſdam cæleſtes exercitus, qui piorum hominum ſalutem tueantur, & ab *illis*, cùm commodum eſt, omnem impetum, atque furorem hoſtium propulſant. Hoc enim ſe præſidio vallatum eſſe ſenſit Iacob, cùm caſtra Dei ſe conſpicere teſtificatus eſt. Rurſus cùm Syriæ exercitus Eliſæi capiti immineret, ipſiúſque miniſter formidine perterritus opem imploraret, Noli timere, inquit Heliſæus: plures enim nobiſcū ſunt. Subiungit deinde ſacra hiſtoria, Cúmque oraſſet Hiliſæus, ait: Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Heliſæi. Atque ne quis in paucos illud Diuinum præſidium collatum eſſe putet,

alibi

alibi de vniuersis, qui pietatem colunt, Deúmque castè, & purè venerantur, sic scriptum est: Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. *Psal. 33.* His igitur testimonijs qui firmissimam fidem adiungit, seque diuino præsidio munitum esse credit, trepidare metu non potest, sed elato animo, atque confidenti, id quod alio in loco scriptum est, vsurpabit: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. *Psal. 26.* Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Item illud: Hi in curribus, illi in equis, nos autem in nomine Domini inuocabimus. *Psal. 19.* Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus. Hæc igitur spes gentem Christianam imbecillo animo esse non sinit. Deinde immortalitatis cogitatio, atque certa gloriæ futuræ præsensio, quantam vim habet ad constantiam stabiliendi? Refert Cæsar, Gallos illa Druidum disciplina, quæ persuadere nitebatur, non interire animas, sed ab alijs corporibus ad alia post mortem transire, fuisse vehementer ad virtutē excitatos. Itaque metu mortis neglecto, intrepide sese in quodcumque capitis periculum, atque vitæ discrimen inferebant, cum nihil aliud esse mortem opinarentur, quàm mutationem vitæ, atque in alia corpora migrationem. Ita ne tādem? Prisci illi Galli immortalitatis opinione vanissima, ex inani quadam superstitione concepta, nulla pericula recusabant: Christiani, qui non imbecilla opinione, sed constanti fiducia credunt, se postquam ex hac vita excesserint, fore beatissimos, mortem horrebunt? Quid enim magis in Christiana religione celebratum, quàm om-

nes eos, qui coluerint iustitiã & pietatem, postea quam è corpore quasi è vinculis emissi fuerint, in cælum euolaturos, vt immortali gloria æuo sempiterno perfruantur? Quid deinde est magis animis nostris infixum, quàm forè aliquando, vt corpora, quæ iam penitus consumpta sunt, instaurentur: atque cælesti splendore collustrata, rursus cùm animis ipsis inuiolabili fœdere coniungantur: vt sic diuinitus renouati, omnibus summis & æternis voluptatibus animo & corpore potiamur? Hoc qui persuasum habuerit, nunquam, mihi crede, ab ista vita, innumeris ærumnis, atque calamitatibus inquinata, inuitus & iniquo animo discedet. Quid autem postremo dicam de amore illo, quo illi, qui verè Christi sacris imbuti sunt, quotidie magis inflammantur? Illud certè perspicuum est, nulla re magis incitari ac incendi animos ad omnia capitis pericula subeunda, quàm benevolentia, & charitate. Nihil est enim amanti difficile, nihil non suaue, & iucundum, quod pro re quàm *habet* caram, suscipiatur. Mortem ipsam, quæ omnibus horribilis est, & maximè pertimescenda, vltro etiam appetendam interdum putat, non modo contemnendam. Quod si tantùm valet amor, leuissimis sæpè de causis inter homines conciliatus, vt contemptionem mortis etiam inducat: quid de illius charitatis magnitudine dicam, quæ munere spiritus diuini, puris & integris mentibus cõcessa est? Eius certè vi concitata Christiana nobilitas, omnem vitæ suauitatem in laboribus, & periculis ponendam esse duxit, omnes corporis voluptates, & fluxos honores, omniúmque rerum affluentiam

asper

aſpernata. Illa Chriſti cupiditate vehementer incenſa, neque minis, neque terroribus, neque inauditis ſupplicijs à pietate dimoueri potuit. Illa poſtremò faciebat, vt omnia tormenta, quæ pro Chriſto, quem vnice, & ardenter amabat, patiebatur, leuia, atque iucunda putaret. Quin etiam nihil videbatur Chriſtianis æquè optabile, & expetendum, atque pro Dei immortalis religione vitam in ſummis totius corporis cruciatibus amittere. Quod minimè mirandum eſt. Nam cùm amor omnem animi cogitationem auertat à formidine; neceſſe eſt, vt ſummum, atque diuinum amorem, grandis conſtantia atque diuina conſequatur. Vtra igitur tandem religio ad virtutem faciliùs incitabit? Ea ne, quæ hoſtiarum fibris, aut alitum inuolatu, aut apum examine, atque confictis monſtris ſuſpenſam tenet hominum imbecillitatem? An illa potius, quæ animos ita confirmat, vt neque totius orbis conuerſione labefactari poſsint? Illa deinde, quæ dementi ſuperſtitione ipſam humanæ virtutis exercitationem ſæpenumero impediuit? An illa potius, quæ infirmam naturam mulierum, & teneram ætatem puerorum virtutis conſtantia roborauit? Illa poſtremò, quæ nulla firma ſpe mentes humanas confirmare poterat? An illa, quæ diuini auxilij oſtenſione, certiſſima ſpe immortalitatis, Dei amore, atque ſtudio, ad diuinam virtutem erudiuit, & ad omnium rerum humanarum deſpicientiam inſtruxit? Sed quid opus eſt hominis iſtius impuriſsimi vel impietatem, vel amentiam multis argumentis conuincere, cùm vtrúmq; ſit adeo manifeſtũ, vt nihil

facilius deprehendi posit? Impietatis scelus; cùm istis maculis velit aspergere Christianam dignitatem; quod nunquam feciſſet, si aliquam præclaram opinionem de Christi diuinitate habuiſſet. Furoris amentia; cùm tam falsis, ineptis, malè cohærentibus rationibus nefariam illam sententiam confirmet. Atque scio quidem me longius oratione prouectum, quàm fortasse neceſſe fuit: Hoc autem si quis vitioſum putabit, velim vt partim tribuat hanc veniam iusto dolori, quo sum mirabiliter elatus: partim existimet id instituto noſtro minimè alienum fuiſſe. Cùm enim de Christianæ claritatis splendore sermonem inſtituiſſem, Etruſcus autem ille scriptor, eandem impuriſsimo genere orationis obscurare conatus esset: non diſsimulandum putaui, præsertim cùm eorum numerum, qui vel scriptis illius incitati, vel sponte sua eiusdem sceleris, atque furoris affines sunt, latè & variè diffusum intelligerem.

***

Scripsêre

SCripſêre verò alij aduerſus Nicolaũ Machiauellũ, viri præſtãtes, atque Catholici, Ambroſius Catharinus, Politus Senẽſis Archiepiſcopus Cõpſanus, in Diſputationibus quibuſdam Romæ, anno huius ſæculi quinquageſimo ſecundo, editis apud Antonium Bladum: inter quas vna eſt, De libris à Chriſtiano deteſtandis, & à Chriſtianiſimo penitus eliminandis.

Vbi mox ſubdit alterũ caput: Quàm execrandi Machiauelli Diſcurſus, & inſtitutio ſui principis.

Ioannes item Molanus, qui octogeſimo quarto anno huius ſæculi Coloniæ apud Godefridum Kempenſem eſt editus.

Ioannes Boterus, in libro de ratione ſtatus Italicè ſcripto, & Venetijs emiſſo ſuperioribus hiſce annis apud Iolitos.

Et alij plerique, quibus Christiana, & vera Politica sapientia plus sapit, quàm callida, & Atheismi plena versipellis hominis.

Sed & nouissimè aduersus Nuę militis Discursus politicos, & militares altera è Belgio Tractatio prodijt in lucem à Petro Coreto viro Ecclesiastico conscripta, quæ digna est, vt perlegatur.

ILLVS

ILLVSTRISSIMO NOBILISSIMOQVE DOMINO, D. PHILIPPO DE CROY, COMITI Sorano, Domino de Moulembais, &c. Prætorianorum apud Regem Catholicum Præfecto, ac Neruiorum Gubernatori prudentiſsimo.

PETRVS CORETVS S.

QVOD *Hannonia noſtra, cuius Illuſtriſsimus Comes inſigne eſt columen, ſupra cæteras Belgij Prouincias religionem Chriſtianam ſtabilem & inconcuſſam hactenus retinet, neque ad hæreſes inclinat, ſecundùm* Deum, *Reuerendiſsimorum Antiſtitum, Sacerdotumque ei in partem ſolitudinis adiunctorum, ac deinde nobilium virorum religioſo ſtudio, non temerè aſcribendum duco.* Principum *enim cùm Sacerdotibus ad communem ſalutem pia cura conſpirans, fortiſsimum ac inuictum Eccleſiæ* Dei *propugnaculum molitur: quemadmodum contrà facilè popularis fides nutat, quoties illi hæreſim amplexantur, eiuſque defenſionem patrociniumque ſuſcipiunt. An non eſt manifeſtum quanta incrementa Eccleſia Catholica Conſtantini Magni beneficio acceperit: ac ſi-*

mnl

mul quantam calamitatem eidem inuexerit Principum ad hæreses defectio? Quæ res effecit, vt ingenti & importuno semper studio, hæretici Principum fauorem ambierint, vt eorum potentia subnixi, & omni metu superiorum potestatum vacui, facilius ad euertendam Ecclesiam, & labefactandam fidem, grassarentur. Non enim est obscurum, violentissimè tum Ecclesiam oppugnasse Lutherum, & impudentissima fronte quicquid sacrum & sanctum est proculcasse, cùm Saxonem aliòsque Principes nactus est defensores. Proinde incredibile Ecclesiæ Dei beneficiũ attulerit, quisquis nobilibus author erit, vt patrum
Dan. 12. suorum exemplo, ad fidei Christianæ protectionem, omnem authoritatem, consilium, fortunas, viréque conferant, certi rutilantes, instar stellarum in firmamento fulgentium, se consecuturos coronas, ac mercedem Prophetis verbique Dei præconibus paratam recepturos. Si Euangelij ministros honorent, Ecclesiamque tueantur: contrà verò grauissimis supplicijs obnoxios fore, si sese hæresibus inuoluant, eisque prouehendis manum præbeant, earum ministros ament, defendant, inque familiaritatem admit-
Math. 10 tant. Non enim fallit qui dixit: Qui recipit vos, me recipit. Et Qui recipit Prophetam, mercedem Prophetæ accipiet. Et, Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati quæ vos non receperit, neque audierit sermones vestros. Prorsus igitur ab hæreticis ab horreant viri generis claritate spectabiles, ne dolis eorum & simulatione, pietatisque prætextu peruertantur. Hanc enim ob causam Placilla, Theodosij senioris vxor, cura & studio omni hoc egit, ne Eunomius omnino cùm illo colloqueretur. Maximè quippe verita est, ne institutorum vitæ illecebris, & verborum vi ac grauitate, Im-

Nicephorus lib. 13. cap. 8.

per

peratorem ille in ſuam ſententiã abduceret. Huc accedit, quòd, ſi vitæ fortuniſque ſuis cautum volunt eſſe Principes, hæreticis illos obniti ſit neceſſe. Firmatis enim viribus, non tantùm illi Chriſti templa diſturbant, miniſtroſque eius perſequuntur, ſed ad ciuitates etiam arceſque euertendas, & nobilitatem profligandam furijs ſuis acti, concurrunt, Regibus quoque ſceptra extorquere conantur: vt ſtultũ ſit, ijs ſaluis, ſperare ſaluam eſſe poſſe Rempublicam. Quàm neceſſe verò ſit Principibus, ſi incolumes ſe præſtare volent, vt Sacerdotibus arctiſſimo vinculo colligentur, clariſſimo exemplo docuit Ioas Rex Iuda, de quo ſacræ literæ: Ioas (inquiunt) fecit quod bonum eſt coram Domino, omnibus diebus vitæ Ioiadæ Sacerdotis. Poſtquam autem ille mortuus eſt, ingreſſi ſunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem. Qui delinitus conſilijs eorum, acquieuit eis. Et dereliquerunt templum Dei patrum ſuorum, ſeruierúntque lucis & ſculptilibus. Et facta eſt ira Dei contra Iudam & Hieruſalem, propter hoc peccatum. Et non eſt recordatus miſericordiæ quàm fecerat Ioiada ſecum, ſed Zachariam filium eius interfecit. Vide quò dilabatur tandem bonus Princeps, à ſacerdotibus ad impiorum conſilium deficiens. At prætexent fortaſſe nonnulli, hæreticorum quorundam conſilio, prudentia, & in rebus gerendis dexteritate, ſe plurimũ adiuuari. Cæterũ vt omittam, abundare in Eccleſia Catholica viros prudentes, omníque virtutũ genere excultos, à quibus neq; perfidia, neq; religionis iactura timeri debeat; meminiſſe oportet, monuiſſe Dominũ, vt, ſi te dexter oculus ſcandalizet, eruas eum; & ſi dextera quoque te ſcandalizet, eam abs te proijcias: quòd melius ſit debilem vel mancum ingredi in regnum cælorum, quàm duos oculos vel duas manus habentem, mitti

2. Para. 24.

Mat. 10.

Digitized by Google

Hieron. mitti in gehennam ignis. Quasi dixerit: Si quis ita est tibi necessarius & coniunctus, vt manus & oculus; scandalum autem tibi facit, & propter morum dissonantiam te pertrahit in gehennam: melius est vt eius emolumentis carnalibus careas, quàm causas habeas ruinarum.

Porrò sicuti submouenda sunt hæreticorum colloquia, ita & libros prorsus auersari oportet. Quamuis enim perspicua rerum fides doceat, incommodi plurimum Ecclesiæ Dei, sermone suo & verborũ afflatu, hæreticos sæpe intulisse: attamen æquè manifestum est, & libris editis incredibilem fidelibus inuexisse perniciẽ; neque minùs officere impietatem libris commissam, quàm verbis ipsis propositam. Tametsi enim ad persuadendum magnam habeat energiam vox viua; hæreticorum tamen libros terens populus in promptu sẽper habet, vnde, tacentibus etiã prophani verbi ministris, certissimam perniciem hauriat, & in animi recessus admittat. Quod attendẽtes qui Christianæ Reipublicæ habenas moderati sunt, tam Ecclesiasticis

Leo epist. 93. ca. 15. quàm Imperialibus legibus seuerè sanxerunt, vt hæreticorũ & improbatæ lectionis libri, in nullo vsu lectionis habeãtur, & flammis obijciantur: exemplum eorũ secuti, qui

Act. 10. curiosa aliquãdo sectati (vt ĩ Apostolicis actis legitur) peruersæ doctrinæ libros scribuntur ignibus absumpsisse. Caterùm magno studio est satagendum, vt non tantùm qui apertè hæresim profitentur codices damnatione feriantur, sed etiam qui speciosis titulis exornati, intra viscera exitiale virus occultant: tanto nocentiores, quanto est aperto hoste simulatus amicus pernicioſior. Quæ res effecit, vt nuper librum Domini de la Nouë, quem in delicijs à viris Catholicis, ijsque nobilibus, neque abs literarum studijs abhorrentibus, haberi videbam, censuerim mihi non perfunctorię

ãoriè perlustrandum, veritus vt aliud fronte profiteretur, aliud recessu contineret: quòd vir ille ab adolescentia Ecclesiæ Catholicę sit coniuratus hostis, & ad eam profligandã, multos iam annos, neruos omnes intẽdit. Et ecce statim conspicio nouum Theologum inter arma & buccinarum clãgorem, arrepta cathedra, de diuinis philosophari, pietatis doctrinam (si superis placet) instaurare, nouam Ecclesiam, Catholica antiquata, & regimen politicum Christi regno subrogare. O veteratorẽ, & impostorẽ infidum! Res militares & politicas (quo nomine Politicus mihi hac in disputatione appellatur) specioſa frãte promittit: at verò in hoc vnicè incũbit, vt Principes ad hæreſes vel fouendas, vel certè negligendas adducat, & religionẽ Catholicam per hæreticam doctrinã euertat, & ab ea infirmos abſterreat, blaſphemijs, mimico ſacrarum rerũ contemptu, Pontificum, ac ſacerdotum, monachorúmque ſcurrili irriſione, quæ plurima toto libro eſt reſperſa. Et hoc perniciosior haberi debet, quòd inſigni verborũ tinnitu ac lenocinio, nõ iam de plebe homines, quorũ palato non admodũ huiuſmodi tractatus arrident; ſed generoſos præſertim viros, errorũ corruptelis, vel nã sẽtiẽtes, inuoluat. At qui monet Leo Magnus, vt ſi cui innotuerit vbi habitẽt Manichæi (ac de cæteris hæreticis idẽ eſt iudictũ) vbi doceant, quos frequẽtent, & in quorũ ſocietate requieſcãt, publicentur: quòd magnæ ſit pietatis, prodere latebras impiorũ, & ipſũ in eis, cui ſeruiũt, diabolum de bellare. Proinde eius ego cõſilium ſecutus, in eam curã incubui, vt erroneam huius libri doctrinã in lucẽ productam, abſque fuco & perſona cõſpiciendam, breuiter refellerem: vt hũc ex eorũ librorum numero eſſe conſtet, propter quorum lectionem vel retentionem, in excommunicationis ſententiam, ipſo iure quis incidere

Serm. 5. de ieiun. 10. menſ. & ſerm. 4. decollect.

Pius 4. in confirm. Indicis li bror. prohib.

dere periclitetur: & qui voluptatem ex eo percipere geſtiunt, edocti iam anguem in herba latitare, reuocent pedem; neque tam exiguo lucro, tanti damni periculum compenſent.

Nunquam verò hoc animo à nobis labor hic eſt ſuſceptus, vt in lucẽ ederetur, non neſciis quàm docta & polita eſſe oporteat, quæ erudito huic ſeculo proponantur: neque me fugit, grauem eſſe ſapientibus viris & moleſtum ſcribendi pruritum ex quo orbi infertur temporariorum librorum prouentus vberrimus. Hinc mihi cõſtitutum erat, leui tantùm brachio perſtringere quę hic cum fide Catholica pugnarẽt, vt amicis, quos hoc libro impenſiùs delectari videbam, pernicioſum eum eſſe perſuaderem. Perpulerunt me tamen pij quidam, ac graues, doctíque viri, vt in manus hominum fœtum etiam num immaturum paterer exire, lucémque aſpicere. propterea quòd iam diu aduerſarij liber multorum manibus tereretur: magnum operæ facturum me pretium aſſerentes, ſi ſcripto hoc meo moniti plures diſcerent, in Chriſtianæ fidei perniciem eum eſſe perſcriptum. Peto itaque meo iudicio, non iniquè, vt tantam noſter hic conatus apud bonos ineat gratiam, quantam apud multos minùs circunſpectos aduerſarius promeruiſſe iam videtur.

Porrò hunc laborem meum (vt propiùs ad te, Illuſtriſſime Comes, noſtra ſe conuertat oratio) cùm mecum ipſe diſpicerem, cuius potiſſimum nomini conſecrarem, vnus magno merito occurriſti. Cui enim potiùs nuncupetur, quàm nobiliſſimo Heroi, cuius indoles ab ineunte adoleſcentia, iam tum cùm Louanij bonis artibus ac diſciplinis imbueretur, magnum præſidium pietati

& re

& religioni Catholicæ copioſe promittebat: cuius virtus & fides in Deum & Principem (quæ Croyorum peculiaris eſt gloria) adeò ſpectabilis extitit, vt nuper à Rege Catholico Prætorianorum clariſſima præfectura cohoneſtatus, nouiſſimóque Neruijs datus ſit moderator, vt eam gentem Deo Principíque ſuo fidam conſeruet, religionem inclinatam fulciat & reſtauret. Tibi igitur in hac publica lætitia & gratulatione omnium Ordinum, lucubrationem meam inſcribo: ac opto, vt, aſpirante Deo, magno animo & ſapienter Reipublicæ noſtræ frænos regas, & ſplendorem à fide & religione acceptum, vicißim reddas: non neſcius, cætera quæ à fortuna ſunt, opes, diuitias, honores, imperia, fluxa eſſe & caduca: at à Principe Chriſtiano defenſa fidei decus, eſſe ſempiternum. Multa hic præſtò ſũt tibi præſidia, vt præclarè munere tuo perfungare. Habes Antiſtitem pietate & eruditione fulgentem, gloriæque Dei promouendæ cupidiſſimum: habes cathedralis Eccleſiæ nobile collegium, prudentibus, prouidis, doctis viris cumulatum, quorum ſaluberrimis conſilijs niti ſemper licebit: eſt Senatus amplißimus, vrbis honoratis, & iuris officijque peritißimis conſpicuus, quorum fideliſſima opera numquam tibi deſiderabitur: denique ciuium humanitas obediendi promptitudine, ſuſcepti oneris grauitatem plurimum ſubleuabit, certo perſuaſa, moderato imperio tuo, temperantia, iuſtitiæ cultu, virtute, ductu, auſpicio, felicem ſe fore & beatam. At frenãdus eſt calami mei impetus in tuas laudes alacriter excurrentis, ne vel ego ad gratiam hęc efferre videar, vel ex tuæ virtutis prædicatione in-

uidia tibi vlla conflari posſit. Superest vt illustrißimam D. T. obnixè rogem, vt pro innata sibi humanitate, propensáque erga studioſos omnes voluntate, sereno vultu libellum nomini ſuo inſcriptum ſuſcipiat, eique calcula ſuo conciliet authoritatem, velitque ſuper eſſe hoc perpetuum mei in ſe officij & obſeruantiæ monumentum. Deus generoſißimam D. T. omni proſperitate & gloria cumulet, Eccleſieque Catholicæ diutißimè ſeruet incolumẽ. Tornaci, anno 1591. Calendis Martijs.

DE



Digitized by Google

DEFENSIO VERITATIS ADVERSVS ASSERTIONES CATHOLICÆ FIDEI REPVGNANTES, LIBRO Domini de LA NOVE De politicis & militaribus rebus, aſperſas.

AVCTORE

PETRO CORETO, *S. Theologiæ Licenciato, Tornaci Canonico, & Paſtore ad D. Virginem.*

PERVERSVM ESSE POLITICI cõſilium, quo, ad regnum Galliæ diſſidijs liberandum, monet vt politicè primùm Reſpublica ſtabiliatur, quouſque vacet Eccleſiaſticis conſtitutionibus & componendæ religioni intendere.

CAPVT I.

NON ſuſtulit politicum principatum Chriſtus, qui Cæſari reddi iuſsit quę ſunt Cæſaris, omníq; humanæ creaturæ ſubiacere ſubditos, ſiue Regi tanquam præcellenti; ſiue Ducibus, tanquam ab eo miſsis: attamen Sacerdotio (quod omniũ bonorũ apicem eſſe dixit Ignatius) multo *Mat. 22. 1. Petr. 2. Epiſt. 10. ad Smyrnen.*

magis omnes subiecit, à quo ad beatitudinem Respublica dirigitur. Qui igitur neglecta religione politicum Principatum stabilire conantur, Iudæis sunt persimiles, qui gloriæ commodorúmque temporalium studiosi, Christum, æternæ salutis authorem, occidendum censuerunt: & greges in pastores, in aurigã currum, carnem in spiritum, volunt exercere dominatum, naturæ repugnantes, & Legi diuinę, qua Christus Dei regnum primùm quæri iubet, vt cætera adijciãtur nobis. Quoniam enim quàm diu homo est in isto mortali corpore, peregrinatur à Domino, ac per fidẽ ambulat: omnem pacẽ corporis vel animæ, vel simul corporis & animæ, referre debet ad illã pacem quæ est homini mortali cum Deo immortali. Et quia iubetur proximum sicut seipsum diligere, est consequens, vt etiam proximo consulat ad diligendum Deum. Quòd si ad Dei dilectionem adduci se nõ patitur, certè non potest ita cum eo temporalem pacem quærere, vt cum eo communes habeat religionis leges, proque his ab eo dissentiat necesse est: neq; potest cùm eo quæ ad finem temporalis pacis referuntur, sectari, si religionem, qua vnus summus & verus Deus colendus docetur, impediunt. Nihil autem ad istam pertinet ciuitatem, quo habitu vel more viuendi, si non est contra diuina præcepta, Christianam fidem quisque sectetur: vnde Philosophos, cùm Christiani fiunt, non habitum vel victus consuetudinem, sed falsa dogmata mutare cõpellit. Qui autem infidelitatem in Ecclesia retineri non debere sentiunt, posse autem hæreses tolerari, errant grauiter, non intelligentes hæresim

Mat. 6.
Aug. lib. 14. de ciuit. c. 14.
Cap. 17.
Cap. 18.

ſim infidelitate grauius eſſe peccatum : quando diſertè monet Chriſtus, ſeruum neſcientem domini ſui voluntatem, paucis plagis vapulaturum: multis verò luiturũ, qui, quàm cognouerit, facere neglexerit, vel etiam contempſerit : vt omittam grauiùs ab hæreſi, quàm ab infidelitate, periclitari Chriſtianos. Ac ſi verùm eſt quod author hîc aſſerit, vt eſt omnino, pietatem eſſe iuſtitiæ, prudentiæ, fortitudinis, & temperantiæ fundamentum, quibus virtutibus fulcitur Chriſtiana Reſpublica: quomodo pietate ea Reſpublica nitetur, quæ vera fide non eſt ſubnixa, ſed promiſcuè hæreſes omnes admittit? Propterea Auguſtinus ex verbis Scipionis, quibus apud Ciceronem, libris de Republica, Rempublicam eſſe definit, rem populi; populum autem, cœtum multitudinis, iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum; oſtendit non eſſe Rempublicã, niſi vbi populus vera iuſtitia (quàm Chriſtiani ſine fide nullam eſſe credunt) connectitur. Ad hæc iuſtitia virtus eſt ſua cuique diſtribuens. Quæ igitur iuſtitia eſt hominis, quæ ipſum hominem Deo vero tollit, & immundis ſpiritibus per hæreſim ſubijcit? Et ſi in homine tali non eſt vera iuſtitia; proculdubio nec in hominum cœtu, qui ex talibus hominibus conſtat. Et cùm dicat Propheta; iuſtum ex fide viuere : &, ſine fide impoſsibile eſt placere Deo : ſanctóſque teſtamenti veteris viros, per fidem operatos eſſe iuſtitiam: neceſſe eſt, & pietate, & iuſtitia, cæteríſque virtutibus deſtitutam eſſe Rempublicam, in qua non viget fides vera, ſicuti eruditè docet Auguſtinus, libro 4. contra Iulianum, cap. 3. Terrena igitur

Luc.12.

Fol. 31.

Li.19. de ciui.c 21.

Abac. 2. Hebr.11.

Li.19. de ciui.c.17.

ciuitas, quæ non viuit ex fide, terrenam pacem appetit, in eoque defigit imperandi obediendique concordiam ciuium, vt sit eis de rebus ad vitam mortalem pertinentibus, humanarũ quædam cõpositio voluntatum: soláque illi corporis mala perpeti timent, qualia sunt, fames, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas, trucidatio, & si quæ similia, quæ non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quæ sectantur ipsi esse mali, magísque stomachantur, si villam habeant malam, quàm si vitam: quasi hoc sit hominis maximum bonum, habere bona omnia præter seipsum. At ciuitas cælestis, vel potiùs pars eius quæ in hac mortalitate peregrinatur, & viuit ex fide, etiamsi vtatur hac pace sibi necessaria, donec mortalitas transeat; ad pacem tamẽ cælestem aspirat, & ad illam adipiscendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga Deum & proximum: & humanarum voluntatum compositionem duntaxat tuetur & appetit, quantum salua religione conceditur. Postremò definitionem amicitiæ admittens Augustinus, qua dixit Cicero, amicitiam esse rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate consensionem: docet res humanas rerum diuinarum cognitione esse pensandas, ne plus eis tribuamus quàm modus earum iustissimus postulat: atque ita fieri, vt, inter quos non est rerum diuinarum consensio, nec humanarum plena esse possit ac vera. Necesse est enim vt, aliter, quam oportet, humana æstimet, qui diuina cõtemnit: nec hominem rectè diligere nouerit, quisquis eum non diligit qui hominẽ fecit. Cùm igitur Deus nostræ beatitudinis, & omni-

De ciuit. lib. 3. c. 1.

Libr. 19. cap. 17.

Epist. 155.

Li. 10. de ciuit. c. 4.

& omnis appetitionis ſit finis;ad hoc debemus & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere, ſi ei verè ſacrificare, & eius tẽpla eſſe velimus. Eſt igitur præpoſterum & iniquum,priùs de conſtituenda Republica & ciuili pace cogitare,quàm bene ſit ordinata religio,pietatis,iuſtitiæ; cæterarúmque virtutum fundamentum: & cæco admodum iudicio feruntur,qui temporali paci ita conſulendum putant, vt nihil aut parum ſint de vera religione ſolliciti,ſusque deque habent,ſintne homines Catholici,an Caluiniſtæ.

Malè exiſtimari, permitti debere in Gallia ſectarum in religione varietatem. Fol. 34.

CAPVT II.

MAleſuada hæc Politici opinio, manifeſtè confuſionem Babylonicam inducit. At quæ *eſt conuentio* (inquit Apoſtolus) Chriſti cum Be- 2.Cor.6.
lial? Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Nolite iugum ducere cum infidelibus. Pacem quidem diligenter Chriſtus nobis commendat, ſed ſuam pacem. Ioan.14.
Non enim quomodo mundus dat pacem(ait)ego Mat.10.
do vobis. Non veni mittere pacem in terra, ſed gladium.Pax mũdi inter eos exiſtit, qui iniquitati cõſentiunt, vt quiete & commodis temporalibus fruantur:qualis eſt inter fures & latrones, & coniuratio veriùs appellatur. Non enim eſt pax impijs, dicit Dominus. Hanc ſoluere venit Chri- Iſaiæ 48.
ſtus, quando Dei & proximi charitatem fudit in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. Pacem verò diuinam commendat Apoſtolus, cùm

Philip.4. ait: Pax Dei custodiat corda vestra & intelligentias vestras: quod fit per sinceram proximi dilectionem, & in fide consensionem, quæ inter eos constare non potest, qui societate vnius Ecclesiæ non cohærent, & fide diuiduntur. Qui igitur spe concordiæ, & pacis gratia, promiscuam volunt esse religionem: præuaricatores sunt & fidei proditores, atque intra Ecclesiæ septa stant contra Ecclesiam, & ad Catholicæ religionis interitum, & stabiliendum hæresum regnum, aspi-
2.Tim.2. rant. Sermo enim hæreticorũ vt cancer serpit: &
Genes.6. zizania, si negligantur, facilè obruunt sementem. Cogitatio enim cordis humani intẽta est ad malũ omni tempore. Intellexit hoc qui scripsit, Docilis praui Romana iuuentus: & experiẽtia didicimus quanto Ecclesiæ detrimento iam annis sexaginta in Germania, & Gallia, Belgióque, fuerit hæresis tolerata. Nam & innumeræ hominum myriades ad eam defecerunt, & plerique Catholici (ita lædunt vicina contagia) tanta laborant ignorantia, & rerum spiritualium fastidio, vt exiguum sibi fecerint rèliquum Christianissimi gustum. Nem-
1. Cor.5. pè modicum fermentum totam massam corrumpit. Vna scintilla erat Arrius in Ecclesia Alexandrina: at quia ab initio extincta & oppressa non fuit, quantum conflauit incendium? Quod cùm magnam Orientis partem vastaret, audi vt ab eo Occidenti quoque metuerit Basilius. Ad Italiæ enim & Galliæ Episcopos scribit hunc in
Epist.70. modum: Metuimus ne quandoque malum hoc, acceptis viribus, instat flammæ per accensam & ardentem materiam serpentis, sesé que effundentis, si quæ

ſi quæ vicina ſunt corripuerit & abſumpſerit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreſeos malum cuncta depaſcitur,& periculum eſt,ne vaſtatis noſtris Eccleſijs, & ad ſanam incolatus veſtri partem ſerpat. Ideóque diuus Hilarius metuens ne prætextu pacis & quietis,Epiſcopi Catholici cum Auxentio Ariano,regio fauore freto,aliquam concordiam inirent,monet eos, vt tamet ſi ſpecioſum eſſet pacis nomen,& pulchra vnitatis opinio,nullam tamen cum eo ſocietatem admitterent.Cauete(inquit)Antichriſtum. Malè enim vos parietum amor cepit. Malè Eccleſiã Dei in tectis ædificijſque veneramini: malè ſub his pacis,& nomen ingeritis.Montes mihi & ſiluæ,& lacus,& carceres, & voragines ſunt tutiores. Abſiſtite itaque ab Auxentio Satanæ Angelo,hoſte Chriſti vaſtatore perdito, fidei negatore. Mihi certè nunquam ille *aliud quàm diabolus* erit,quia Arrianus eſt. Neque *pax aliquorum* vnquam optabitur, niſi eorum qui *ſecundùm* patrum noſtrorum apud Nicæam tractatum, anathematizatis Arrianis, Chriſtum verum Deum prædicabunt.Mirũ ſi non diceret nunc ſi viueret,Hilarius:Mihi nunquam aliud erit quàm diabolus,qui Caluiniſta eſt vel Lutheranus.Neque mihi pax aliquorum vnquam optabitur,niſi eorum qui ſecũdùm patrum noſtrorum in Synodis œcumenicis tractatam fidem, Lutheranos & Caluiniſtas anathematizabunt. Ex his efficitur, non licere pro retinenda concordia & ſtabilienda pace Reipublicæ,de his quæ fidei ſunt,aliquid aduerſarijs cedere, eam-ve imminuere, aut quouis modo immutare: quòd fides Chriſtum habeat autho-

Lib.cont. Arrianũ & Auxent.

rem, Paracletũ doctorem, Apostolos præco[nes] ministros. At si iniri pax quæpiã inter Cath[olicos] & hęreticos debeat, necesse est istos integra[m] dogmata abiectis erroribus amplexari. Prop[ter] reprehẽditur Zeno Imperator, quòd per edic[tum] Pacificatorium appellatũ, id egerit aliquando [ut] tum Catholici de fidei veritate, tũ hæretici Eu[ty]chiani de sua vanitate, nonnihil cedẽtes, vnitate[m] quandam & pacẽ imaginariã amplecterẽtur. Na[m] vt vnà cũ Catholicis Eutychi ille anathema indi[xit]; sic decisionẽ Synodi Calcedonensis, vnà cum hæreticis, parui facere videbatur. At *Felix Roma*nus, cum omnibus Occidẽtis, & *pleriſque Oriẽtis* Episcopis, propter hoc edictum, Zenonis communionem repudiauerunt, & decretis in Calcedonẽsi Concilio editis, firmè & constanter adhęserunt, vt ne syllabam quidẽ de rebus in eo definitis remittere, imò verò ne literę mutationem admittere voluerint. Quin etiã ab illis, qui eiusdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recusarúntque penitus cum illis communicare. Est quidem vt infirmiorum saluti cõsuleretur, & dispersi colligerentur, cessum aliquando de legum & canonũ aduersus peccantes seueritate, sed à fidei substantia & integritate nunquam vel latum vnguem discessum. Hinc diuus Basilius cùm à Valente rogaretur, vt propter exiguam dogmatis differentiam non sineret turbari pacem Ecclesiarũ, respondit: Qui diuinis nutriti sunt eloquijs, ne vnam quidẽ syllabam de diuinis dogmatibus corrumpi patiuntur. Et Chrysostomus tractans illud ad Romanos, Quod in vobis est, pacem cum omnibus haben

Euag. li. 3. cap. 30.

53.

Theod li. 7. cap. 6.

Cap. 12.

ſtolos præcẽtes; Nemini, ait, des anſã, ſeu belli, ſeu diſsidij, ã inter Catholudæo, ſiue Græco. Si verò alicubi pietatem la- iſtos integ actari videris, ne præponas concordiam verita- plexari. Sed generoſè perſiſtas ad mortem vſque. Propte- quòd pere a Chriſtianum dogma conclamatũ fuiſſe ſcribit erit aliqu Hieronymus, & ſublatam Nicænam fidem, cùm in tũ hæren Cõcilio Ariminẽſi Valentis & Vrſatij Arianorum cedẽtes, Epiſcoporũ dolo, pacis conciliandę prætextu, ſub- plectẽ latum fuit nomen Homouſion: cùm alioquin Ca- e anath tholici Epiſcopi Niceęnis decretis ſyncerè adhæ- onemi rerent, & ſolius vocis omiſsione pacem retinen- dam cenſerent.

Falsò aſſeri, quietem, pacem, & cõcordiam ſtabilem inter religione diſsidentes retineri poſſe. Fol. 341. 35.36.

CAPVT III.

PErfũctoriè admodum & otioſè Scripturam le- giſſe oportet, qui pacẽ firmamque concordiam credunt coire poſſe inter fide diſtractos. Omne e- nim regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur, & om- nis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, nõ ſtabit. Et Apoſtolus, Obſecro vos, ait, vt idipſum dicatis om- nes, & non ſint in vobis ſchiſmata: manifeſtè do- cens, procliuè admodum eſſe, inter eos enaſci diui- ſionem, qui in eandem fidem non conſpirant: tantoque magis voluntatibus diſsidere, quanto re- ligio rebus cæteris magis debet eſſe cordi. Quòd ſi verè dixit Cicero, Idem velle idemque nolle, ſtabilem firmamque eſſe amicitiam; quęnam hęre- ticis cum Eccleſia Catholica conſtare poteſt con- cordia, quàm ſummo piaculo dilaniant & diſcer- punt? Ad hæc, Si iuſtus ex fide viuit; & ſe pax & iuſtitia exoſculantur: nihil eſt quod pacificorum Mat. 12. Pſal. 84.

nomi

nomine glorientur, qui & fide & charitate fraternitatis sunt destituti. Sed omissis rationibus ex Scriptura petitis, animaduertamus duntaxat hæreticorum tam veterum quàm nouorum res gestas, vt assertionis huius insipientiam detegamus. Non est ignotum, apud Heluetios, pagos Catholicos cùm Tigurinis & Bernatibus infestissimis signis concurrisse, ac tandē anno Domini 1531. mense Octobri, Zuinglium medio exercitu gladium vibrantem, & vociferantem, Euangelium sitire sanguinem lethalibus vulneribus acceptis, esse confectum. Quot cladibus per Anabaptistas, & præsertim Lutheranos afflicta fuit Germania? Notū est ex temporum nostrorum historia, flagrasse anno 1525. rusticorum bellum libertatis Euangelicæ prætextu, clero, nobilitati, & magistratibus funestissimum: quo ex rebellibus tandem, duce Thoma Muncero, ad centum & triginta milia ceciderunt. Non est igitur quod Germanis & Heluetijs tantā inter hæreses trāquillitatem Politicus gratuletur. Nā quòd illi nunc armis positis cōquiescunt, propterea fieri existimo, quòd diutinis calamitatibus tantùm non oppressi, vel certè pertinacissimo in religione dissidio conflictati, vsque adeò errorum caligine sunt offusi, vt omnis penè apud eos extincta sit religio. Neque perstare, vel secura esse pax potest, vbi oppressis Lutheranis, Caluinistę conantur rapere principatum. Quanta autem sit apud Anglos hęreticorū cùm Catholicis concordia, illud cōuincit, quòd hæretica Regina multos iam annos nō cessat in Catholicę fidei cultores sūma crudelitate grassati, vt impunè prædonē potiùs & sacrilegum esse li-

ceat

ceat, quàm Catholicũ. Pari furore in Scotia insanitur. Ardet denique Gallia intestinis disidijs, & in viscera sua crudelissimè sæuit. Postremò Belgium nostrũ certam posteris faciet fidem, quantæ furiæ, quãtaque intemperies extiterit hæreticorũ in Catholicam Ecclesiam. Iam si libet ad superiora tempora recurrere, scribit Iosephus, Iudã Gaulonitaté & Saddocum Phariseum, nouę cuiusdam philosophiæ, circa tempus terrenę Christi natiuitatis, introductores, quæsitis opinionũ suarũ amatoribus, atrocibus seditionibus & tumultibus repleuisse Rempublicam: & malorum futurorum, quibus & templum excisum est, & Iudæa Romanorum iugum subijt, radices pessimas plantauisse, per insolentiã inconsuetæ philosophiæ, Politicus verò noster disertè testatur; tumultus omnes, qui sub Constantini filijs in Oriente ferbuerunt, Arrianos excitasse, rarissimèque contigisse, vt vera Ecclesia persecutionem commonuerit. Testimoniũ hoc ab hoste profectũ, veritate nititur, & aduersũ omnes hæreticos valet: qui enim vnũ nouerit, omnes nouit. Sanè Ascholius Thessalonicẽsis Episcopus, refertur apud Nicephorum, docuisse Theodosiũ, propterea Occidentẽ sub ea tempora à disidijs & perturbationibus fuisse liberũ, quòd Constantinus & Cõstans, Constantini Magni filij, successorésque deinde eorũ Valentinianus & Gratianus, patriã fidem integrã conseruassent: in Orientẽ autem varijs ex partibꝰ hoc malũ peruenisse dixit, quòd hæresis author & dux Arrius, Alexandrię, blasphemiæ & maledicentię venenũ euomuerit: post hunc autẽ sectatores eiꝰ Prouincijs diuersis surrexisse, qui ma-

Lib. 18. Antiqui. cap. 1.

Lib. 12. cap. 6.

lè

lè iacta zizania,siniſtra irrigatione longo tẽpore fouerint,accedentibus & Cõſtantij fauore,& poſt modum extrema Valentis improbitate. De ijſdem hæreticis ſcribit Baſilius in hunc modũ: Perſecutio nos apprehẽdit,perſecutionum omnium grauiſsima. Abiguntur enim Paſtores, vt greges diſpergãtur; paternis ſedibus abigũtur pij,& ad ſolitudines migrare coguntur: Epiſcopi ſola intercedente calũnia damnantur,& ſupplicijs traduntur. Exilia preſbyterorum iſta comitãtur,totiúsque Cleri depopulationes: gemitus plebis,lachrymę continuæ, ſonitus lamentãtium in ciuitate,ſonitus in agris: in vijs,in ſolitudinibus: domus precationũ clauſę ſũt; altaria cultu ſpirituali vacant: nulli ampliùs Chriſtianorum cœtus,nulla ampliùs doctorũ prędidẽtia: ceſſarunt doctrinæ ſalutares. Diuus Ambroſius, crudeliſsimũ Euſebij Vercellenſis Epiſcopi martyrium ab Arrianis editum,prolixè recẽſet. At hęc Victor Vticenſis (vt cæteros omittamus) elegantiſsimis libris crudelia & ſacrilega Arrianorũ facinora perſcribit. Donatiſtarũ item in Catholicos ipſumque tremendum Sacrificiũ,rabiem, Optatus Mileuitanus contra Parmenianum, & Auguſtinus multis locis,in lucem proferũt diligenter. At verò Nicephor⁹ de quodã Timotheo Æluto,Eutychiano,ſcribit,quòd cùm monaſticam vitam egiſſet,& Alexandrinæ Eccleſiæ preſbyter eſſet,& iam Epiſcopatus Alexandrini cupiditate perditiſsimè flagraret,per hæreſis ſuæ conſortes, Proteriũ virum ſanctiſsimũ, Alexãdrię Patriarcham,cùm in ſacroſanctum Baptiſterium cõfugiſſet,crudelem in modum ferro in viſcera eius adacto,iuſſerit trucidari.

Epiſt.70.

Serm.69

Li.2.cõt. Parmen.

Li.15.ca. 16.

Illi

Illi deinde ex fune ſuſpenſum, paſsim per publicam viam rapuerũt, cadaueri eius, vt homines furibundi, inſultantes. Et poſtquam id per omnem vrbem diſtraxêre, poſtremò igni etiam vſtularunt, cinere qui ſuperfuit in aërem diſiecto, viſceribúsque eius crudis (nam & ab hoc facto non abhorruerunt) deguſtatis. Cæterùm quia diuerſarum religionum conſentionem, Auguſtini authoritate confirmare molitur aduerſarius, refero hîc apertam ſanctiſsimi doctoris ſententiam, ad Vincentium Rogatiſtam. Quod ad vos (inquit) attinet, mitiores quidem eſſe videmini, quia cum Circuncellionum immaniſsimis gregibus non ſęuitis: ſed nulla beſtia, ſi neminẽ vulneret; propterea manſueta dicitur, quia dentes & vngues non habet. Ita enim eſtis numero exigui vt mouere vos contra aduerſarias vobis multitudines non audeatis, etſi cupiatis. Et contra literas Petiliani: Quia vel ipſas leges (ait) vel inuidiã formidatis, vel ad reſiſtẽdum impares eſtis, non dico aduerſus tot homines, ſed aduerſus tot catholicas Gentes, etiam de manſuetudine gloriamini, quòd ad veſtram partem neminem cogatis. Iſto modo etiam miluus, cùm pullos rapere territus non potuerit, columbam ſe nominat. Vbi enim potuiſtis & non feciſtis? Vnde oſtẽditis quòd plura faceretis, ſi poſſetis. Quãdo Iulianꝰ, Chriſti inuidẽs paci, vobis baſilicas reddidit vnitatis, quę ſtrages à vobis factæ ſũt, quãdo vobiſcũ, apertis tẽplis ſuis, etiã dæmones exultabunt? &c. Et in Pſalmum 54. ad verſiculũ vltimũ: Circuncellio (inquit) fert fuſtem, fert fundibulã, fert ſecurim, fert lapides, fert lanceas. Et iſta portãtes, vbique quà poſſunt, euagãtur, ſangui

Epiſt. 48.

Li. 2. ca. 83.

rem, Paracletũ doctorem, Apostolos præcones & ministros. At si iniri pax quæpiã inter Catholicos & hęreticos debeat, necesse est istos integra illorũ dogmata abiectis erroribus amplexari. Propterea reprehẽditur Zeno Imperator, quòd per edictum, Pacificatorium appellatũ, id egerit aliquando, vt tum Catholici de fidei veritate, tũ hæretici Eutychiani de sua vanitate, nonnihil cedẽtes, vnitatem quandam & pacẽ imaginariã amplecterẽtur. Nam vt vnà cũ Catholicis Eutychi ille anathema indixit; sic decisionẽ Synodi Calcedonensis, vnà cum hæreticis, parui facere videbatur. At Felix Romanus, cum omnibus Occidẽtis, & plerisque Oriẽtis Episcopis, propter hoc edictum, Zenonis communionem repudiauerunt, & decretis in Calcedonẽsi Concilio editis, firmè & constanter adhęserunt, vt ne syllabam quidẽ de rebus in eo definitis remittere, imò verò ne literę mutationem admittere voluerint. Quin etiã ab illis, qui eiusdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recusarúntque penitus cum illis communicare. Est quidem vt infirmorum saluti cõsuleretur, & dispersi colligerentur, cessum aliquando de legum & canonũ aduersus peccantes seueritate, sed à fidei substantia & integritate nunquam vel latum vnguem discessum. Hinc diuus Basilius cùm à Valente rogaretur, vt propter exiguam dogmatis differentiam non sineret turbari pacem Ecclesiarũ, respondit: Qui diuinis nutriti sunt eloquijs, ne vnam quidẽ syllabam de diuinis dogmatibus corrumpi patiuntur. Et Chrysostomus tractans illud ad Romanos, Quod in vobis est, pacem cum omnibus haben

Euag. li. 3. cap. 30. *53.* *Theod li. 7. cap. 6.* *Cap. 12.*

habẽtes; Nemini, ait, des ansã, seu belli, seu disidij, siue Iudæo, siue Græco. Si verò alicubi pietatem labefactari videris, ne præponas concordiam veritati, sed generosè persistas ad mortem vsque. Propterea Christianum dogma conclamatũ fuisse scribit Hieronymus, & sublatam Nicænam fidem, cùm in Cõcilio Ariminẽsi Valentis & Vrsatij Arianorum Episcoporũ dolo, pacis conciliandę prætextu, sublatum fuit nomen Homousion: cùm alioquin Catholici Episcopi Nicęnis decretis syncerè adhærerent, & solius vocis omissione pacem retinendam censerent.

Falsò asseri, quietem, pacem, & cõcordiam stabilem inter religione dissidentes retineri posse. Fol. 34. 35. 36.

CAPVT III.

PErfũctoriè admodum & otiosè Scripturam legisse oportet, qui pacẽ firmamque concordiam credunt coire posse inter fide distractos. Omne enim regnum diuisum contra se, desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nõ stabit. Et Apostolus, Obsecro vos, ait, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: manifestè docens, procliuè admodum esse, inter eos enasci diuisionem, qui in eandem fidem non conspirant: tantoque magis voluntatibus dissidere, quanto religio rebus cæteris magis debet esse cordi. Quòd si verè dixit Cicero, Idem velle idemque nolle, stabilem firmamque esse amicitiam; quęnam hęreticis cum Ecclesia Catholica constare potest concordia, quàm summo piaculo dilaniant & discerpunt? Ad hæc, Si iustus ex fide viuit; & se pax & iustitia exosculantur: nihil est quod pacificorum *Mat. 12.* *Psal. 84.*

nomi

nomine glorientur, qui & fide & charitate fraternitatis sunt destituti. Sed omissis rationibus ex Scriptura petitis, animaduertamus duntaxat hæreticorum tam veterum quàm nouorum res gestas, vt assertionis huius insipientiam detegamus. Non est ignotum, apud Heluetios, pagos Catholicos cùm Tigurinis & Bernatibus infestissimis signis concurrisse, ac tandē anno Domini 1531. mense Octobri, Zuinglium medio exercitu gladium vibrantem, & vociferantem, Euangelium sitire sanguinem lethalibus vulneribus acceptis, esse confectum. Quot cladibus per Anabaptistas, & præsertim Lutheranos afflicta fuit Germania? Notū est ex temporum nostrorum historia, flagrasse anno 1525. rusticorum bellum libertatis Euangelicæ prætextu, clero, nobilitati, & magistratibus funestissimum: quo ex rebellibus tandem, duce Thoma Muncero, ad centum & triginta milia ceciderunt. Non est igitur quod Germanis & Heluetijs tantā inter hæreses trāquillitatem Politicus gratuletur. Nā quòd illi nunc armis positis cōquiescunt, propterea fieri existimo, quòd diutinis calamitatibus tantùm non oppressi, vel certè pertinacissimo in religione dissidio conflictati, vsque adeò errorum caligine sunt offusi, vt omnis penè apud eos extincta sit religio. Neque perstare, vel secura esse pax potest, vbi oppressis Lutheranis, Caluinistę conantur rapere principatum. Quanta autem sit apud Anglos hæreticorū cùm Catholicis concordia, illud cōuincit, quòd hæretica Regina multos iam annos nō cessat in Catholicę fidei cultores sūma crudelitate grassari, vt impunè prædonē potiùs & sacrilegum esse liceat

ceat, quàm Catholicũ. Pari furore in Scotia insanitur. Ardet denique Gallia intestinis dissidijs, & in viscera sua crudelissimè sæuit. Postremò Belgium nostrũ certam posteris faciet fidem, quantæ furiæ, quãtaque intemperies extiterit hæreticorũ in Catholicam Ecclesiam. Iam si libet ad superiora tempora recurrere, scribit Iosephus, Iudã Gaulonitatẽ & Saddocum Phariseum, nouę cuiusdam philosophiæ, circa tempus terrenę Christi natiuitatis, introductores, quæsitis opinionũ suarũ amatoribus, atrocibus seditionibus & tumultibus repleuisse Rempublicam: & malorum futurorum, quibus & templum excisum est, & Iudæa Romanorum iugum subijt, radices pessimas plantauisse, per insolentiã inconsuetæ philosophiæ. Politicus verò noster diserte testatur; tumultus omnes, qui sub Constantini filijs in Oriente ferbuerunt, Arrianos excitasse, rarissimèque contigisse, vt vera Ecclesia persecutionem commonuerit. Testimoniũ hoc ab hoste profectũ, veritate nititur, & aduersus omnes hæreticos valet: qui enim vnũ nouerit, omnes nouit. Sanè Ascholius Thessalonicẽsis Episcopus, refertur apud Nicephorum, docuisse Theodosiũ, propterea Occidentẽ sub ea tempora à dissidijs & perturbationibus fuisse liberũ, quòd Constantinus & Cõstans, Constantini Magni filij, successorésque deinde eorũ Valentinianus & Gratianus, patriã fidem integrã conseruassent: in Orientẽ autem varijs ex partibus hoc malũ peruenisse dixit, quòd hæresis author & dux Arrius, Alexandrię, blasphemiæ & maledicentię venenũ euomuerit: post hunc autẽ sectatores ei Prouincijs diuersis surrexisse, qui ma-

Lib. 18. Antiqui. cap. 1.

Lib. 12. cap. 6.

lè

lè iacta zizania,siniſtra irrigatione longo tẽpore
fouerint,accedentibus & Cõſtantij fauore,& poſt
modum extrema Valentis improbitate.De ijſdem
Epiſt.70. hæreticis ſcribit Baſilius in hunc modũ:Perſecutio
nos apprehẽdit,perſecutionum omnium grauiſsi-
ma. Abiguntur enim Paſtores, vt greges diſper-
gãtur; paternis ſedibus abigũtur pij,& ad ſolitudi-
nes migrare coguntur:Epiſcopi ſola intercedente
calũnia damnantur,& ſupplicijs traduntur. Exilia
preſbyterorum iſta comitãtur,totiúsque Cleri de-
populationes:gemitus plebis,lachrymę continuæ,
ſonitus lamentãtium in ciuitate,ſonitus in agris:in
vijs,in ſolitudinibus:domus precationũ clauſę ſũt;
altaria cultu ſpirituali vacant:nulli ampliùs Chri-
Serm.69 ſtianorum cœtus,nulla ampliùs doctorũ prędicã-
tia:ceſſarunt doctrinæ ſalutares.Diuus Ambroſius,
crudeliſsimũ Euſebij Vercellenſis Epiſcopi mar-
tyrium ab Arrianis editum,prolixè recẽſet.At hęc
Victor Vticenſis (vt cæteros omittamus) elegan-
tiſsimis libris crudelia & ſacrilega Arrianorũ fa-
Li.2.cõt. cinora perſcribit.Donatiſtarũ item in Catholicos
Parmen. ipſumque tremendum Sacrificiũ,rabiem, Optatus
Mileuitanus contra Parmenianum, & Auguſtinus
multis locis,in lucem proferũt diligenter. At verò
Li.15.ca. Nicephor⁹ de quodã Timotheo Æluto,Eutychia-
16. no,ſcribit,quòd cùm monaſticam vitam egiſſet,&
Alexandrinæ Eccleſiæ preſbyter eſſet,& iam Epiſ-
copatus Alexandrini cupiditate perditiſsimè fla-
graret,per hæreſis ſuæ conſortes, Proteriũ virum
ſanctiſsimũ, Alexãdrię Patriarcham,cùm in ſacro-
ſanctum Baptiſterium cõfugiſſet,crudelem in mo-
dum ferro in viſcera eius adacto,iuſſerit trucidari.

Illi

Illi deinde ex fune ſuſpenſum, paſsim per publicam viam rapuerũt, cadaueri eius, vt homines furibundi, inſultantes. Et poſtquam id per omnem vrbem diſtraxêre, poſtremò igni etiam vſtularunt, cinere qui ſuperfuit in aërem diſiecto, viſceribúsque eius crudis (nam & ab hoc facto non abhorruerunt) deguſtatis. Cæterùm quia diuerſarum religionum conſentionem, Auguſtini authoritate confirmare molitur aduerſarius, refero hîc apertam ſanctiſsimi doctoris ſententiam, ad Vincentium Rogatiſtam. Quod ad vos (inquit) attinet, mitiores quidem eſſe videmini, quia cum Circuncellionum immaniſsimis gregibus non ſęuitis: ſed nulla beſtia, ſi neminẽ vulneret; propterea manſueta dicitur, quia dentes & vngues non habet. Ita enim eſtis numero exigui vt mouere vos contra aduerſarias vobis multitudines non audeatis, etſi cupiatis. Et contra literas Petiliani: Quia vel ipſas leges (ait) vel inuidiã formidatis, vel ad reſiſtẽdum impares eſtis, non dico aduerſus tot homines, ſed aduerſus tot catholicas Gentes, etiam de manſuetudine gloriamini, quòd ad veſtram partem neminem cogatis. Iſto modo etiam miluus, cùm pullos rapere territus non potuerit, columbam ſe nominat. Vbi enim potuiſtis & non feciſtis? Vnde oſtẽditis quòd plura faceretis, ſi poſſetis. Quãdo Iulian⁹, Chriſti inuidẽs paci, vobis baſilicas reddidit vnitatis, quę ſtrages à vobis factæ ſũt, quãdo vobiſcũ, apertis tẽplis ſuis, etiã dæmones exultabunt? &c. Et in Pſalmum 54. ad verſiculũ vltimũ: Circuncellio (inquit) fert fuſtem, fert fundibulã, fert ſecurim, fert lapides, fert lanceas. Et iſta portãtes, vbique quà poſſunt, euagãtur, ſangui

Epiſt. 48.

Li. 2. ca. 83.

ſanguinem innocentiũ ſitiunt. Quæro autẽ ego ab eis, quãdo Maximianiſtę (ſchiſmatici ex ſecta Donatiſtarũ) fuderũt corporis ſanguinẽ? non quia & ipſi non fũderent, ſi eſſet talis multitudo quę funderet; ſed propter timiditatẽ paucitatis ſuę, magis aliquid ab eis paſsi ſunt, quàm ipſi tale aliquid aliquãdo fecerunt. Deniq; Optatus, qui Auguſtinũ aliquot annis præceſsit, diſertè docet in vniuerſum, quænam ſpes affulgere poſsit Catholicis, ineũdæ pacis & concordię cũ hæreticis, vbi de Catholicis
Lib. 6. quos Donatiſtæ aut factione, aut ſubtilitate deceperant, & ſuos fecerant: Non ſolũ (ait) maſculi, ſed & feminæ, ex quibus ſubitò facti ſunt vulpes, ex fidelibus perfidi, ex patiẽtibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex ſimplicibus ſeductores, ex verecundis impudẽtes, feroces ex mitibus, ex innocẽtibus malitię artifices. Sẽſit igitur Optat⁹, neque ſexus infirmitatẽ, neque vllã ſanctitatis profeſsionem, hæreti-
2. Tim. 3. corũ furori metam poſse figere: idque Apoſtoli authoritate fretus, cõfidenter pronũciauit, apud quẽ eſt huiuſmodi hæreticorũ deſcriptio: Eruntin nouiſsimis diebus homines ſeipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, habẽtes ſpeciẽ pietatis, virtutẽ autẽ eius
Matt. 7. Ioan. 10. abnegãtes. Et Chriſtus Dñs, hæreticos ſpinas appellat, & rapaces lupos, fures & latrones, Dauid etiã draçones: vt exactã eorum cognitionem aſſecuti, nullo eorũ aſtu, ſimulatione, pietatis ſpecie, concordię pollicitatione, nobis imponi patiamur. Sũt enim iſta ouiũ veſtimenta, quibus lupinã feritatem çontegunt: ac meminiſſe oportet, terribiles illas

Psal. 90.

locu

locuſtas ſimiles equis paratis ad prælium, hæreticorum in Apocalypſi typum gerentes, habere quidem facies tanquam facies hominum, & capillos ſicut capillos mulierum (præferunt enim illi multam humanitatem, & ſplendidis promiſsis facilè Catholicos onerant) attamen dentes earum ſunt ſicut dentes leonum; ſtatim enim depoſito pietatis fuco, vbi numero & viribus conualuerint, abſque perſona lupos, & leones, & tyrannos agunt. *Apoc. 9.*

An fortè ſecuritatem præſtabunt, ſi iuramẽtis nobis aſtringãtur? at tam probè illud priſcorum hæreticorum, Iura, periura, ſecretum prodere noli, in praxim ab iſtis reuocatur, vt vulgaris ſit eis ludus, reſcindere iuramenta. Habentque præ manibus Michaëlem Machiauellum, huius conſilij ſubminiſtrum. Docet enim Principes (ac de cæteris hominibus facilè patitur idem haberi iudicium) leonis & vulpis agere perſonas; vtque ſua conſilia ſtabiliant, poſſe fidem & charitatem religionemque peſſundare: vtilem frequenter eſſe perfidiam, ſatque eſſe foris probum videri. Atque vtinã plerique tepidè Catholici, his authoribus adducti, non exiſtimarent, pro gradus fortunarúmque ſuarum defenſione, poſſe non grauatè religionem in diſcrimen adduci: reluctante licet Chriſto, qui ſe indignum pronunciauit, qui ſibi patrem & matrem vel vxorem, vel etiam animam ſuam, anteponit. Certè hæretici Belgæ, ducem ſecuti Principem Auriacum, ingenioſum admodum periuriorum & fraudum artificem, fœdere tam arcto ſe aliquando Catholicis obſtrinxerunt, vt iurarent ſe eorum vitam, incolumitatem, fortunas, & Catho- *Euſeb. li 6. cap. 30* *Libr. de Principe.* *Mat. 10.*

licam religionẽ, omnibus viribus ex animo defẽsuros. At quanta id fide præstiterunt? Antuerpia sanè (ne quid amplius adiiciam) vbi præclara hæc consilia agitabãtur, & solidæ inconuulsæq; pacis iaciebantur fundamẽta, non multo pòst tempore, se nimium hæreticis fuisse credulam, ingemuit, & Ecclesijs omníq; cultu Christiano, necnõ & temporaria pace spoliatam, sera pœnitentia defleuit. An fortè quia acerrimis discordijs inter se laborant hæretici, quietem ex mutuis eorum discidijs possumus expectare? Prouidit quidem Deus hæreticorum pugnam, vt imbecillior sit eorũ impetus aduersus Ecclesiam, & nõnihil à certamine respiret: attamen quemadmodum Herodes & Pilatus, licet hostiliter disiderẽt, vna tamen voluntate in Christi necem conspirauerunt: ita illi coniunctissimis semper mentibus Ecclesiã oppugnant, eiusque diuexandæ pari flagrãt cupiditate. Significauit hoc Isaias cùm dixit: Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, & ipsi simul contra Iudam. Ac ne quid pacatius sperari ab eis in posterũ posse videatur, multis libri sui locis nobis minas intentat Politicus, ac velut classicum canit, vt ab hęreticis monasteria incendantur, diripiantur cleri opes, & ad laicos Ecclesiæ prædia traducantur, & subditi in dominos insurgant conatibus suis resistentes: palámque gloriatur, neque Papæ authoritatem, neq; Hispaniam potentiam, neque Catholicos omnes effecturos vnquam, vt non stabiliatur Hughenotorum imperium. Denique suo sibi iugulum mucrone petens, fatetur ægrè admodũ ei cum hominibus

Cap. 9.

Fol. 37. 38. 82. 101. 102.

Fol. 42.

nibus cõuenire posse, qui aduersari Deo non veretur. At quis Deo magis aduersatur, quàm qui agrũ Ecclesiæ zizanijs opplet, & Dei sementẽ Apostolico labore terrę cõmillam, & vicaria succedentiũ sacerdotum opera rigatam, opprimere laborat?

Non posse Principes Christianos impunitatem hæreticis proponere, neque cum eis vnionem & pacem constituere; eisque incumbere ex officio, quantum in ipsis est, hæreses extinguere.

CAPVT IIII.

CVm iubet Apostolus fieri orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominib⁹, pro Regibus, & ijs qui in sublimitate constituti sunt, vt quietã & trãquillam vitam agamus: non vult intelligi, ciuili potestati non alium esse propositum scopum, quàm vt subditum sibi populum *in pace* & trãquillitate temporali tueatur; sed *qualem* tranquillitatem procurari velit, explicat, cùm ait: Vt trãquillam & quietam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Tametsi igitur ciuilis potestatis immediatus finis, sit pax temporalis, & iustitiæ defensio; attamen Christiani Principis officium est, ita principatũ gerere, vt ad Dei gloriã, & pacem æternam fidelium dirigatur: ac proinde ea submoueat, quæ ab hac pace consequenda homines auertũt. Hanc ab eis seruitutẽ exigit David, Et nunc, inquiẽs, Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Seruiunt autẽ Reges Domino in quantũ Reges sunt, cùm ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges;

1. *Tim.* 2.

Psal. 2.

Augustin. epist. 50.

quæque contra Domini iussa sunt religiosa seueritate prohibẽdo. Aliter enim seruit Rex, quia homo est, aliter quia etiã Rex, est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter: quia verò etiam res est, seruit leges iusta præcipientes, & cõtraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo: sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorũ, & illa excelsa, quæ cõtra Dei præcepta fuerant constructa, destruẽdo: sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciẽdo: sicut seruiuit Rex Niniuitarũ, vniuersam ciuitatẽ ad placandũ Deũ cõpellendo. Postea enim quàm cœpit impleri quod scriptum est, Et adorabunt eum oẽs Reges terræ: quis mente sobrius Regibus dicat, Nolite curare in regno vestro, à quo tueatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri: non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse siue religiosus, siue sacrilegus: quibus dici nõ potest, nõ ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse pudicus, quis impudicus? Cur enim, cùm datũ sit *diuinitus* homini liberũ arbitriũ, adulteria legibus puniantur, & sacrilegia permittantur? Quis igitur sanæ mentis existimet, pacta & vniones Catholicorum cum hæreticis, cum Lege Dei cõsentire? Si enim grauiter à Domino corrept⁹ est angelus siue præpositus Ecclesiæ Thyatiræ, quòd permitteret Iezabel, quæ se dicebat Prophetã, cùm non esset, docere & seducere seruos suos: similiter & angelus Pergami, quòd tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ, timore humano aut animi perturbatione ab Ecclesiæ corpore non separaret: quid iam Dei authoritate diceret Ioannes in eos qui non solùm tolerandas hæreses, sed etiam fœdera societatis cum hæreticis ineunda censent, cùm Dei Lege iubea-

4. Reg. 18.
4. Reg. 22.
Iona 3.
Psal. 71.
Apoc. 2.

mur peccantes arguere, & incorrigibiles Ecclesiæ denunciare, vt, si pergant esse refractarij, tanquam ethnici & publicani habeantur: & non sine causa iudex gladium portet, vindex in iram ijs qui malè operãtur? An non est monstro & prodigio simile, Christũ cùm Satana, agnos cùm lupis, fideles cùm perfidis, iustos cùm furibus & latronibus, sanos cùm mortifera lue correptis, venire? An non est proditio Catholicorũ, cum ijs qui Ecclesiæ castra iugiter oppugnant, & expugnare etiam meditantur, cùm inferi portis, apostatis, & desertoribus, adeoque crucis inimicis, cõspiratio? Nónne Iosaphat à Propheta seuerè meruit increpari, quòd Ochoziæ & Achab idololatris præberet auxiliũ, & his qui oderunt Dominũ, amicitia iungeretur? Non est hoc à Domino consilium, sed à tenebrarum principe, qui per Iulianum apostatã, oportunum *suæ impietatis* instrumentũ, religionum omnium *libertatem* sanciuit, ad certissimã fidei Catholicæ perniciem & peruersionem. Quid autem, surgentibus hæresibus, Christianis Principibus sit agendum; non ex nostris somnijs, sed ex Dei lege colligamus. Si surrexerit (dicit Dominꝰ) in medio tui prophetes, & dixerit tibi; Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiemus eis: propheta ille interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, aut filius tuus, vel filia, siue vxor *quæ est in* sinu tuo, aut amicus quem diligis vt *animã tuam*, clàm dicens; Eamus vt seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui: non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt

Rom. 13.

2. Paral. 19. 20.

Deut. 13.

miſerearis,& occultes eũ,ſed ſtatim interficies.Lapidib⁹ obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo.Et Zacharias,ſic præualiturã in terra veritatem noui Teſtamẽti tẽpore vaticinatur,vt pater & mater obliuiſcantur patentũ, vt Dei retineãt ſeruituté, & proferant contra filiũ mortis ſententiã;& nõ expectato publico iudicio, pereant qui falſa docent vel profitentur, ſententia propinquorum. Erit (inquit) cùm prophetauerit quiſpiã vltrà,dicent ei pater eius & mater eius,qui genuerunt eum: Non viues,quia mẽdacium locutus es in nomine Domini.Et configent eum pater eius & mater eius,genitores eius, cùm prophetauerit. Nulla igitur ratio patitur,vt à poteſtate gladij,quẽ gerũt Principes,præ alijs ſceleratis hominibus hæretici eximantur, qui tanto ſunt cæteris magis criminoſi, ꝙ occultiùs & grauiùs inſidiantur,nõ modò terrenis bonis,ſed etiã cæleſtibus & æternis. Ad hæc nunquã eos fore Principibus morigeros,fidem nobis Apoſtoli faciũt,cùm eos inobedientes appellant, & dominationem ſpernere, maieſtatẽque, ſiue ſuperiores poteſtates blaſphemare,aſſeuerãt.Deniq; noſtris inducijs aliud nihil efficietur, quàm vt vires ſuas confirment,& venenum colligant, quod poſtmodum violentiùs euomant. Id quod de Arriana ſui tẽporis hæreſi conqueritur Hilarius:Antea,inquiẽs,in obſcuro, & in angulis Chriſtus ſecundùm naturã Dei eſſe Filius negabatur,& eſſentiæ inops paternæ:at verò nunc publicæ authoritatis profeſsione hæreſis prorumpens,id quod antea furtim muſitabat, nũc victrix gloriatur.Magnus igitur nũc nos animi ſtupor occupauit,

Hier. in Zachar. *Cap.13.* *Epiſt. Iudæ.* *Lib. de Synodis.*

cupauit, vt, cùm ſcelera cætera vindicanda cenſeamus, ſolam hæreſim vigere velimus impunitam.

Cæterùm vt hæreſum incremẽtis efficaciùs occurramus, & eius impetum validioribus repagulis coërceamus, illud etiam ſtudiosè agendum eſt, vt errorum doctores, & auditores, eſſe non ſinantur. Eſt enim incredibilis in iſtis auriũ pruritus; & in illis linguæ petulantia: quo nomine in Apocalypſi *Cap. 16.* refert Ioannes, ſe vidiſſe ex ore beſtiæ tres ſpiritus immundos exire, in modũ ranarum; hæreticos ſignificans, quòd è paludibus ſuis limoſis, incõditis & importunis clamoribus, fidelibus obſtrepãt, & non veram ſapientiam, ſed vanam & mendacem obtrudere nõ ceſſent. Illi ijdem & equis illi ſignificantur, qui dæmones habent inſeſſores & rectores, quorum ex ore procedens ignis, & fumus, & ſulphur, tertiam hominũ partem occidit. Poteſtas enim equorum eſt in ore eorum: quia peſtifero ſuo ſermone, innumeris hominibus ſunt exitio, & formidabilior eorum eſt lingua, quàm Principum armatorum potentia. Hinc Carolus Quintus, inuictiſsimus Imperator, potẽtiſsimos Principes pleriſque locis debellauit, ſed Lutherum vilem monachum, & abiectam nebulorum fæcem, quorum in ore erat poteſtas eorum, cùm tot regnis dominaretur, expugnare & ſuperare non potuit. Ideóque magna ex parte in Germania profligatam eſſe religionem Catholicam, etiamnum dolemus. Italia verò & Hiſpania, quòd magno ſtudio, & ſuperiorum poteſtatũ inſigni prouidentia, horũ terribilium equorum fremitus compeſcant, ranáſque vel non admittant, vel extinguant, florentem reti-

nent religionem,& non nisi paucos eósq; latentes habẽt hæreticos: & à bellorũ ciuilium incommodis liberæ,alta pace & quiete fruuntur. Rerũ igitur euentus palàm testatur, verè à Leone Magno esse pronunciatũ,aliter res humanas tutas esse non posse,nisi quæ ad diuinã confessionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas: & Principes quieto prouinciarum suarum iure potire,& imperia, Christi dextera defendi, cùm inconcussum tuentur Ecclesiæ statum.

Epist.37.

Epist.25. 26.

Deo placuisse Principes,& gloria opibúsque auctos fuisse, qui Ecclesiam & religionem defenderunt: displicuisse verò,& diuinam vltionem meruisse,qui eam aduersus hæreticos tueri neglexerunt,vel etiã ei sunt aduersati.

Caput v.

CHristianis Principibus gloriæ Dei & Ecclesiæ defensionem potiùs quàm temporalium Reipublicæ cõmodorum procurationem incumbere,etiam illud ostendit, quod ab Imperatore *in* eius cõsecratione à Pontifice petitur, imò & prescribitur: Accipe(inquit)gladium,authoritate Dei omnipotentis,& beatorum Apostolorũ consecratum, nostræ benedictionis officio tibi concessum, in defensionem sanctæ matris Ecclesiæ diuinitus ordinatum,vt per eum vim æquitatis exerceas, & sanctam Dei Ecclesiã, eiúsque fideles propugnes, atque protegas: neque minùs sub fide falsos,quàm Christiani nominis hostes extenues atque dispergas. Sed & illud Principis Christiani ostendit officiũ, quod Deus in Deuteronomio lege cõstituit, vt Rex,quando sederet in regni sui solio in Israël, describeret sibi Deuteronomium in volumine, accipiens

Cap. 17.

Digitized by Google

accipiẽs exemplar à Sacerdotibus Leuiticę tribus. & haberet ſecum, legeretque illud omnibus diebus vitæ ſuę,& diſceret timere Deum ſuum,& cuſtodire verba & cęremonias eius quę in Lege præcepta ſunt:nõ tantùm vt Rex ipſe verba Legis cęremoniasque cuſtodiret,ſed etiã vt eius imitatione & authoritate,populus religioſè Deũ coleret.Quo autem id fructu faceret,oſtendit quod ſequitur: Vt longo regnet tempore,ipſe,& filius eius ſuper Iſraël.Quanta ſanè potẽtia & gloria polluerint Dauid,Salomon,Ezechias,Ioſias,aliique inſignes Legis huius cuſtodes, docent Regnum & Paralipomenon hiſtoriæ.Ac de Dauide, Sapiens quoque, *Dauid*,inquit,cum leonibus quaſi cum agnis: & in vrſis ſimiliter fecit,ſicut in agnis ouium in iuuentute ſua.Cõtriuit inimicos vndique, & extirpauit Philiſtijm contrarios,vſque in hodiernum diẽ. In *omni opere dedit confeſsionem ſancto,& excelſo in verbo gloriæ.* De omni corde ſuo laudauit Dominum,& dilexit Deũ qui fecit illum,& dedit illi contra inimicos potentiam.Et ſtare fecit cantores contra altare,& in ſono eorũ dulces fecit modos. Poſt ipſũ ſurrexit filius ſenſatus, & propter ipſum deiecit omnem potentiam inimicorũ.Et de Ioſia: Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentia gentis,& tulit abominationes impietatis,& ad Dominũ gubernauit cor eius,& in diebus peccatorũ corroborauit pietatẽ.De impijs verò Regibus Iuda vide quid ſequatur:Pręter Dauid,inquit,& Ezechiã, & Ioſiam, omnes Reges peccatũ commiſerunt:nã reliquerunt Legẽ altiſsimi Reges Iuda,& contempſerunt timorem Dei.Dederunt regnũ ſuum alijs, *Eccli.47.* *Cap.48.*

& gloriam suã alienigenæ genti. Incenderunt electam ciuitatem sãctitatis, & desertas fecerunt vias
3. Reg. 12 ipsius in manu Hieremiæ. Ieroboam verò in tantam prolapsus est impietatem, vt decem tribus Israël à veri Dei cultu ad idololatriã his verbis abduxerit: Nolite vltrà ascendere in Hierusalem. Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuit vitulum aureum in Bethel, & alterũ in Dan, & factum est verbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum vitulum vsque in Dan. Et fecit phana in excelsis, & Sacerdotes de extremis populi, qui non erãt de filijs Leui. Propterea Ahiæ Prophetę verbis, durum hunc nunciũ accepit: Hęc
Cap. 14. dicit Dominus Deus Israel; Quia exaltaui te de medio populi, & dedi Ducem super populũ meum Israel, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, sed operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes qui autẽ mortui fuerint in agro, vorabunt eos volucres cæli. Et euersa est domus Ieroboam, & de-
Cap. 23. leta de superficie terræ. Vt autem & noui Testamẽti historias attingamus, quisquis Ecclesię Christianę res gestas diligenter considerabit, si nõ prę-iudicio fuerit occupatus, neque cæco partium studio rapietur, facilè perspiciet Græcum Imperium, cuius ne vestigium quidem vllum iam exstat funditus fuisse collapsum, propterea quòd Græci Imperatores, repudiata fide Catholica, hæresum patronos

tronos ſe prębuerũt, ſanctorum reliquias & ſacras imagines prophanauerunt, tandemque à ſede Apoſtolica & Catholica Eccleſia prorſus defecerũt: vt magno merito illud Imperium Turcicæ tyrannidis iugum iam pati videamus. Contrà, ad Gallos & Germanos tranſmiſſa eſſe auguſtiſsimi Imperij ſceptra, propter religioſè defenſam Eccleſiã, eiuſque hoſtes viriliter debellatos, manifeſta rerum fides cogit vt fateamur. Ecquid tandem hac tempeſtate, Germanos, Anglos Gallos, Belgaſque, tot tẽpeſtates contriuere, niſi quòd Principes quidam quos Eccleſiæ nutritios eſſe oportebat, ſe hæreticorum exhibuerunt fautores & protectores? Vt *Iſaiæ 49.* non miremur florentiſsimorum olim Imperiorum gloriam concidiſſe, cùm vaticinatus ſit Iſaias, peritura regna quæ non ſeruierint Eccleſiæ; & Gentes ſolitudine vaſtandas, eiuſdem ſacrilegæ defectionis participes. Hinc meritò Cyrillus laudat piétiſsimos & Dei amãtiſsimos Principes, Theodoſium & Valentinianum, quòd rectam conſeruarent fidem, & præcipuam de ſanctis Eccleſijs curam gererent, idque vt ſimul præclaram in æuum gloriam haberent, & celeberrimam Imperij ſui adminiſtrationem redderent. Quibus etiam ipſe virtutũ Dominus, manu liberali, hoc nomine bona tribuit: ſimulque dedit, vt & aduerſarijs imperarent, & victoriam ab eis reportarent. Non enim fallit is qui dicit: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam glorificantes me, glorificabo.

Iſaiæ 60.

Niceph. lib 14. cap. 35.

Menda

Fol. 35. 36. *Mendacium est, Constantinum & Theodosium, sapientissimos & potentissimos Imperatores, Paganos, Iudæos, & Arrianos, suæ quēq; disciplinæ & cōscientiæ permisisse.*

CAPVT VI.

FRaudem legentibus facit Politicus, cùm, vt sibi authoritatem conciliet, sapientissimos Imperatores testes producit, desperans posse legi constitutas ab eis aduersꝰ hæreticos leges. Refellemus igitur & prodemus in lucem aduersarij vanitatem, si primùm ostenderimus, non esse parem infideliū & Iudæorum cum hæreticis causam. Infideles etsi seueris legibus idola colere, & blasphemare Deum vetentur, non tamē coguntur inseri Ecclesię Christianæ, neque fidem admittere, quæ non nisi voluntatis consensu suscipitur. Diligenter autem ab Ecclesia cum eis agitur doctrina, disputatione, & miraculorum vsu, vt Christianissimum amplectantur. Quod priusquam faciant, citra periculum inter Christianos tolerantur, quibus iam non imminet ab idololatria & infidelitatis superstitione periculum, tenebris Euangelij luce dissipatis. Similiter Iudaicas obseruationes, reuelata iā fide, impletisque per Christum Legis Mosaicę figuris, noui Testamenti beneficio submotas & abolitas esse, satis superque Christianis persuasum, miniméque timeri debet ex eorum societate contagium. Ad hæc fidem nostram illi vel nolentes confirmant, dum veteris Testamenti Scripturas, quæ cum Euangelicis & Apostolicis summo consensu conspirant, & rerum nostrarum continent Prophetiam, Deum habere authorē asseuerant. Hęretici

tici verò, quia fraudi prætexunt Euangelij nomen, & ex professo à fide nos auocant (propter quod, Euangelium conuertere, siue peruertere, dicitur) & Christianum nomen aliaque pleraque nobiscum habent communia: procliue est vt Catholicos ipso contagio conuersationis inficiant, vti experientia iam diuturna didicimus. Nunc ad Constantinum veniamus, quem cum hæreticis dissimulasse, iste tantopere conatur persuadere. Testis est Augustinus, pœnam decem librarum auri statuisse Constantinum in hæreticos: & loca congregationum Donatistarum, resque vnitati peruicaciter resistentiũ, fisco vendicasse. Extat & ista in hæreticos Cõstantini constitutio: Placitum nobis est Arrium & Arrij suffragatores, Porphyrianos nominari, vt quorum imitati sunt mores, eorum quoque obrineant appellationes. Si quod autẽ scriptum ab Arrio compositum reperiatur, vt igni id tradatur volumus: vt non modò improba eius doctrina abrogetur, verùm etiam ne monumẽtum quidẽ aliquod eius relinquatur. Illud equidẽ prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Arrio scriptum celare, nec continuò igni comburere deprehensus fuerit, supplicium mortis esse constitutum. Quãto autem studio Theodosius aduersus hæreticos defenderit Catholicam fidem, ostendit eius, & Valentiniani Gratianique in hæc verba constitutio, Cunctos populos, quos clementiæ nostrę regit Imperium, in tali volumus religione versari, quàm diuinum Petrum Apostolũ tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexan

Galat. 1.

Epist. 48.

Niceph. li. 8. cap. 25.

Cod. de sum. Trinit.

xandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: reliquos verò dementes vesanosque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere: diuina primùm vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cęlesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos. Est eius & aliud edictum huiusmodi: Sancimus; vt, quęcunque Porphyrius propria exagitatus insania, aut quiuis alius aduersus piam Christianorum religionem conscripsit, apud quęcunque inuenta fuerint, igni tradantur. Cuncta enim scripta quæ Deum ad iracundiam prouocant, vel animas violant, ne in hominum quidem aures venire volumus. Iubemus omnia istiusmodi scripta, siue ante hac, siue nunc facta fuerint, potissimùm autem ea quæ Nestorij sunt, incendi, ac perfectissimo interitu mancipari, ita vt in nullius lectionem veniãt, ijs sanè qui talia scripta vel eiusmodi libros habere & legere sustinuerint, vltimum supplicium subituris. Extat & hęc eius cõstitutio: Arriani & Macedoniani; & qui ad imam vsque scelerum nequitiam peruenerunt Manichæi, nusquam in Romanum locum cõueniendi morandique habeant facultatem: Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & vltimo supplicio tradendis. Denique vt viuentis pietati, vitæ exitum præclarè respõdisse intelligas, scribit Ambrosius, Theodosium, cùm iam corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarũ, quã de suis periculis fuisse sollicitum: neque aliud filijs suis mandauit, quàm vt veram pietatem integram seruarent, per quam & pacem essent habituri, & victoriam à Deo consecuturi. Ex his manifestum euadit, De Constantino & Theodosio mentitum

Eodem Cod.

Eodem Cod. ti. 5.

Orat. funeb. in Theod. Niceph. lib. 13. ca. 1.

tum fuiſſe Politicũ, quos cõfuſaneam religionum permixtionem toleraſſe comminiſcitur. Quòd ſi his omnium calculo ſapientiſsimis Imperatoribus Caluiniſtæ (ſi parua magnis licet cõponere) nullo modo ſapiẽtiores cenſeri poſsint, meritò ad ineũdam cum eis fidei concordiam anhelare deberent, & eorum exemplo Apoſtolicam Eccleſiam & fidẽ venerari. Vide nunc quàm prẽclarè Cõſtantini & Theodoſij ſententijs, de exturbandis hæreticis, conſenſerint Martianus & Valentinianus. Hoc enim pro Concilio Chalcedonenſi edictũ ille promulgauit: Verè impius atque ſacrileg⁹ eſt, qui poſt tot Sacerdotum ſententiam opinioni ſuæ aliquid tractandũ reliquit. Nemo itaque vel clericus, vel militaris, de fide Chriſtiana publicè terminata, coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum. Contemporibus autẽ huius legis, pœna non *deerit. Igitur ſi* clericus erit qui publicè tractare de *religione auſus* fuerit, à conſortio clericorum remouebitur. *Si* verò militia præditus fuerit, cingulo expoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei, de hac ſanctiſsima vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam competẽtibus ſupplicijs ſubiugandi. Conſtat enim hæreticæ inſanię exordia fomitẽque nutriri, dum publicè quidam diſputant atque contendunt. In Codice habetur & lex iſta: Apollinariſtas vel Eutychianiſtas, Epiſcopos & preſbyteros *Cod. 1. tit. 5.* alióſve clericos ereare vel habere prohibemus, ſcientibus, tam ijs qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi, vel preſbyteri, vel clerici nomen imponere, quàm *ijs* qui paſsi fuerint impoſitũ ſibi nomẽ Sacerdotale retinere, pœnã exilij, cũ facultatum ſuarum

rum amiſsione,ſe ſubituros. Vniuerſi etiam Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ,non Eccleſias,nó monaſteria ſibi conſtruant:paraſynaxes cõuenticulaque non contrahant.Quicunque verò eos in domum,vel poſſeſsionem,vel monaſterium receperint,ac paſsi fuerint illicitas paraſynaxes conuentusque celebrari:ſi vilis & abiectæ ſint conditionis,fuſtibus publicè & in pœnam ſuam,& in aliorum coërceantur exemplum: ſi honeſtæ verò fuerint perſonę,decẽ libras auri mulctę nomine Fiſco noſtro cogantur inferre.Nulli etiam contra venerabilem Synodum Chalcedonẽſem liceat aliquid vel dictare vel ſcribere,vel edere atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre.Nemo huiuſmodi habere libros,& ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. Quòd ſi in his criminibus fuerint deprehenſi,perpetua deportione damnẽtur.Vltimo etiam ſupplicio coërceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiuſmodi chartæ ac libri,qui funeſtum Eutychetis dogma fuerint complexi, incendio concrementur,vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flãmis combuſta,depereãt.Æquum nãque eſt, vt immaniſsima ſacrilegia par pœnę magnitudo percellat,Religioſè iſta ſanxerũt iſti Imperatores, quia Niceną Synodus Arrium antea. atque vnà omnes qui eius adhærebant ſententiæ, excommunicatos anathemati ſubiecerat:& Conſtantinus anathema cõſtituerat in voces quoque hęreſis eius,& librum quem ille contra pietatem compoſitum,Thaleiam inſcripſerat.Vide nunc mihi quàm inſipientes eſſe oporteat, qui hæreſes indulgenter fouendas eſſe

Niceph. li.8. cap. 18.

cen

cenſent, quando Imperatores iſti, hæreticorum etiam iudicio ſapientiſsimi, ſuarum eſſe partium exiſtimauerunt, pro fidei Catholicæ incolumitate hæreticos ſeueris legibus coërcere.

Oſtenditur ex D. Auguſtino aliiſque Eccleſiæ doctoribus, non eſſe cum hæreticis diſsimulandum, & magno commodo de eis coërcendis eſſe leges conſtitutas.

CAPVT VII.

POlitico quærēti qua iuſtitia & vtilitate publica hæretici legibus coërceantur, multis locis reſpondet Auguſtinus, quem inſignem veritatis propugnatorē ſe ſimulat agnoſcere, ſupplicijs eos eſſe digniſsimos, cùm propter ſolam hæreſis & ſchiſmatis culpam, tum quòd ſeducendo, incautorum animas perdunt; prodeſſe autē terribiles ciuilis poteſtatis leges, vt & illis territi Catholici hæreſes deteſtentur, & ipſi hæretici ab hæreſibus reſipiſcant, & ad Eccleſiæ Catholicæ gremiū reuertantur. Mea (inquit) primitus ſententia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum: ne fictos Catholicos haberemus quos apertos hæreticos noueram⁹: ſed hæc opinio mea, non cōtradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Et ad illud quod vrgebant Donatiſtæ, & omnium penè hæreticorū ore nunc iactatur; Nemo credit inuitus, igitur nemo ad fidem eſt compellendus, ſed vnuſquiſque ſuo arbitrio eſt relinquendus; vt vel credat ſi velit; vel ſi nolit, non credat; his verbis reſpōdet: Cur non in homicidijs, & in ſtupris, & in quibuſcunque alijs

Fol. 84.
Auguſt. epiſ. 167.
Epiſ. 48.
Li. 2. cōtr. Lit. Petil. cap. 83. 84. Cōtr. Creſc. li. 3. cap. 51.

facinoribus & flagitijs, libero te arbitrio dimittẽdum proclamas, quæ tamẽ omnia iustissimis legibus comprimi vtilissimum est & salubertimum? Dedit quidem homini Deus liberam voluntatem, sed nec bonam, infructuosam; nec malã voluit esse impunitam. Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi nõ legis integritate puniũtur? Atqui generaliter dicit Apostolus, quòd Principes nõ sint timori boni operis, sed mali. Quapropter vbi differitur, vtrùm hæretici & schismatici sint à Principibus puniendi, tota quæstio est (ait Augustinus) Vtrùm nihil mali agant? quia si malè agant, habẽt vnde timeant eos, qui nõ sine causa gladium portant. Vis autem non
Rom.13. timere potestatem; (ait Apostolus) bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si autẽ malè feceris, time: non enim sine causa gladiũ portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malè agit. Quibus verbis Apostolus, nullum inter bona, nullum inter mala opera discrimen constituit: sed sicut *omnia* bona à ciuili potestate laudibus ac præmijs prosequenda præscribit; sic etiam vniuersa mala opera, digno afficienda supplicio, siue ad humanã societatem, siue etiam ad diuinam pertineant religionem. Quæris igitur quo merito supplicia in hæreticos decernantur? Pro sacrilegio hæretici erroris
Epi. 167. (ait Augustinus) dignissimas pœnas luerẽt, etiamsi
Epist. 48. neminem violenta insania lædere auderent. Et,
Epi. 172. Impietas eorum qui contra veritatem sibi notissi-
li. 2. cont. Donatist. cap. 6. mam dimicant, etiam idololatriã forsitan superat: quod inde manifestum efficitur, quòd Core, Dathan, & Abiron, propter summi Sacerdotis populíque

líque Dei defertionem, Dei indignãtis ira percuſſerit. Sic nec fabricatum & adoratum à veteri populo idolum, nec à Rege contemptore, ſacer liber exuſtus, meruit vindicari. Non autem vtroque puniretur atrociùs, niſi grauius penderetur. Neq; obſcurum eſt veteri populo præcepiſſe Dominum, vt qui ſummi Sacerdotis non pareret imperio, & fideles ad deorum alienorum cultum traduceret, ſaxis opprimeretur. Si qui corporaliter ſanguinẽ fundunt, morte digni ſunt, multo magis qui dolis Eccleſiam perſequuntur. Illi grauiùs cor feriunt, qui linguæ gladio feriunt: illi acerbiùs ſanguinem fundunt, qui Chriſtum, quantum in ipſis eſt, in homine occidunt, & cædes in hominum mentibus contra vitam æternam committunt. Sed neque carni etiam parcunt, ſemper in crudeliſsimas perſecutiones abeuntes, numero & fauore multitudinis adiuti. Ac de Circuncellionibus ſcribit Auguſtinus, propter feritatem non dico latronibus, piratis, truculento alicui generi Barbarorum, ſed neque ipſi omnium crudelitatũ magiſtro, eſſe comparandos. Meritò igitur D. Leo pronunciat, nihil vltionum non mereri ſubire hęreticos, qui audent & diuinis & humanis cõſtitutionibus repugnare.

Tract. 5. in Ioan. & lib. 2. cont. Lit. Peti. cap. 93.

Li. 3. cõt. Creſc. cap. 48.

Epiſ. 82.

Nunc ſi roges quo fructu hęreticorũ, exerceatur legum ſeueritas; reſpondemus, valere pœnarũ metum, ad edomandã eorum peruicaciam, frangendámque ceruicem. Cùm enim durũ & moleſtum quid homo patitur, admonetur vt cogiter quare patiatur; vt, ſi pro iuſtitia ſe pati perſpexerit, id ipſum bonũ eligat, pro iuſtitia talia ſuſtinere: ſi autẽ viderit eſſe iniquitatẽ ꝓ qua patitur, ſe infructuoſiſsimè

sissimè laborare atque cruciari considerans, mutet in melius voluntatem, simúlque carent & molestia sterili, & ipsa iniquitate. Proinde meliùs edoctus Augustinus, rectissimè sensit ad sanandos hæreticos adhibendam esse & doctrinam, & terrorem. Si enim terrerentur & non docerentur, improba quasi dominatio videretur: sed rursus si docerétur & non terrerentur, vetustate consuetudinis obdurati, ad capessendam viam salutis, aut non omnino, aut pigriùs mouerentur. Quãquam enim tam perspicua veritas aures & corda hominum feriat, attamen tanta quosdam malæ cõsuetudinis vorago submersit, vt omnibus authoritatibus rationibúsq; resistere, quàm consentire malint. Resistunt autem duobus modis: aut sæuiendo, aut pigrescẽdo. Quid igitur hîc faciat Ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate cõquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuãs? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet, vel *potest*? Vtrisq; sit necesse est molesta, quia neutri *est inimica*. Nã & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. Sed perseueret diligẽtia charitatis phræneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo molestati, quãdiu ægri sunt, indignantur; sed ambo sanati, gratulantur. Errore derelicto, separationis prauitate correcta, ab hæresi ad Ecclesiæ pacem trãseunt quam non habebant. Sed si cùm transeunt ficti sunt, non est hoc iam nostrum, sed Dei iudicium. Et tamen quidam cùm ficti putarentur, quoniam iusionis ad nos terrore transierunt, tales posteriùs in nonnullis tentationibus inuenti sunt, vt nonnullis veteribus

Epist.167.

Catholi

Catholicis præferrentur. Temperata itaque seue- *Epist.48.*
ritas adhibetur, vt coërcitione exiliorum, & damnorum tribulatione, admoneãtur cõsiderare, quid, & quare patiantur, & discant præponere rumoribus, & calumnijs hominũ Scripturas quas legunt. Quod ad hæreticorum conuersionem tantùm habet momentum, vt scribat, priorem suam opinionem, neminem scilicet ad vnitatẽ Christi esse cogendum, se demonstrantium exemplis superatum correxisse. Nam primò, inquit, opponebatur mihi ciuitas mea, quæ cùm tota esset in parte Donati, ad vnitatem Catholicã timore legum imperialium cõuersa est, quam nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Ita multæ aliæ quæ mihi nominatim cõmemorabantur: vt etiam ipsis rebus agnoscerẽ in hac causa rectè intelligi posse quod scriptum est: Da sapienti occasionem, & sapiẽtior erit. Et illud: Verbis nõ emẽdabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obediet. Quàm multi, nihil interesse credentes in qua quisq; parte Christianus sit, ideo permanebãt in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discedere, atque ad Catholicam nemo transire cogebat. His omnibus ita harum legum terror, quibus promulgandis Reges Domino seruiunt in timore, ita profuit, vt nunc alij dicant: Iam hoc volebamus, sed Deo gratias, qui nobis occasionem præbuit iamque faciẽdi, & dilationũ morulas amputauit, alij dicant: Nesciebamus hîc esse veritatem, nec eam discere volebamus; sed nos ad eam cognoscendam metus fecit attentos, quo timuimus ne fortè sine vllis rerum *Prou.9.* *Prou.29.*

æternarum lucris, damno rerum temporalium feriremur. Gratias Deo, qui negligentiam nostram stimulo terroris excusit, vt saltem solliciti quæreremus, quòd securi nunquam nosse curauimus, alij dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nescieremus, nisi intraremus; nec intraremus, nisi cogeremur. Gratias Domino, qui trepidationem nostrã flagello abstulit, expertos docuit quàm vana & inania de Ecclesia sua mendax fama iactauerit, alij dicant: Putabamus quidem nihil interesse vbi Christi fidẽ teneremus: sed gratias Domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc vni Deo congruere, vt in vnitate colatur, ostendit. Deinde post pauca subiungit: Terror temporalium potestatũ, quando veritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est; infirmis periculosa tentatio: quando autem veritatem prædicat errantibus & discordantibus, cordatis vtilis admonitio est; & insensatis inutilis afflictio. Non est autem potestas nisi à Deo. Qui autem potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Deinde epistola quinquagesima, Multi, ait, qui sola in schismate à parentibus tradita cõsuetudine tenebantur, qualẽ verò causam ipsa hæresis haberet, nunquam antea cogitauerant, nunquã quærere & considerare voluerant; mox vbi cœperũt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire, propter quod tanta damna paterentur; sine vlla difficultate Catholici facti sunt. Docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorũ autem omniũ præcedẽtium authoritatem & persuasionẽ secuti sunt multi, qui minùs idonei erant per seipsos intelligere, quid

distaret

distaret inter Donatistarũ errorem, & Catholicã veritatẽ. Iam verò quid hac de quæstione senserit Ambrosius (nam & hunc Politicus vanitatis suæ facit patronum) euidenter ostendit, cùm Syricio, Mediolanensibus vt Manichæos Ecclesiæ septis excluderent præcipienti, respondit, etiã ipsum Imperatorem, eorum impietatem execratũ esse, populúmque Catholicum eos tanquã contagia quædã refugisse, & Mediolanẽsi ex vrbe, quasi profugos, repulisse. Et cùm à Valẽtiniano Arriano, adhibita vi, basilicã sibi & Arrianis tradi ad impiæ religionis exercitium iuberetur: Episcopali cõstantia respondit, prius fore, vt animã sibi, quàm fidem eriperet, & patrum suorũ hæreditatem proderet. Cognouit & Nazianzenus legum imperialium vtilitatem, qui licet sciret diuinis authoritatibus atque rationibus fidem & intelligentiã mẽtis instrui, ad vrgendos tamen timore legum hæreticos, his verbis Imperatorem hortatur: Non tantas vires meus sermo habiturus est, pro sancta Trinitate bellũ gerens; quantas edictũ tuum, si peruersis dogmatibus imbutos cõpresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si grassatores cohibueris. Deniq; de his legibus, Etsi, ait Leo, Ecclesiastica lenitas, Sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit vltiones; seueris tamẽ Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Postremò emolumentum etiam hinc accipiunt Catholici (vt suprà insinuauimus) quibus illorũ sic vicinitas infesta est, vt contẽni à nobis nullo modo possit. Resecandę sunt (ait Hieronymus)

Ambros. epist. 80. & 81. li. 10.

Orat. in Auxent. & epist. 33. lib. 5.

In dictũ Euangelij: Cùm consummasset Iesus hos sermões. Mat. 19.

Epist. 93.

In c. 5. ad Galat.

nymus) putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandrina Ecclesia vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Fol. 78. *Ad illud respondetur, quod obijcitur: Christum & Apostolos cum Gentilibus, & Samaritanis, peccatoribúsque esse conuersatos; vt propterea nefas sit Imperatoribus Christianis, hæreticos pœnis coërcere, vel à Catholicorum societate separare.*

CAPVT VIII.

Epist. 50. & 48. HVic obiectioni respõdeat Augustinus aduersarij ore laudatus. Quòd dicunt, inquit, qui cõtra suas impietates leges iustas cõstitui nolunt, non petisse à Regibus terræ Apostolos talia, non cõsiderant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc Psal. 2. illud Propheticum cõplebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Nondum autem agebatur quod paulo pòst in eodem dicitur: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Verumtamen si facta præterita in Propheticis libris figuræ fuerunt futurorum: in Rege illo qui appellabatur Nabuchodonozor, vtrumque tempus figuratum est,

eſt,& quod ſub Apoſtolis habuit,& quod nũc habet Eccleſia. Temporibus igitur Apoſtolorum & Martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt quando Rex, memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachra,& recuſantes in flammas mittebat:nunc autem illud impletur,quod paulo poſt in eodem Rege figuratũ eſt, cùm cõuerſus ad honorandũ Deum verum,decreuit in regno ſuo, vt quicunque blaſphemaret Deum Sidrach,Miſac,& Abdenago,pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergo tempus illius Regis,ſignificabat tempora Regum infidelium,quos paſsi ſunt Chriſtiani pro impijs: poſterius verò tẽpus illius Regis,ſignificauit tempora Regum poſteriorum,iam fidelium, quos patiuntur impij pro Chriſtianis. Hæc ipſa duo tẽpora intelligi docet idẽ ſanctiſsimus doctor in verbis Domini apud Hieremiam: Ecce ego mittam *piſcatores multos*,dicit Dominus, & piſcabuntur *eos.Et poſt hæc* mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte,& de omni colle, & de cauernis petrarum.Piſcatores,ait,fuerunt Apoſtoli& Dominus dixit eis,Faciam vos fieri piſcatores hominum. Per Prophetam dicitur, quòd Deꝰ primò piſcatores miſit,poſtea venatores mittit.Quare piſcatores,quare venatores? De abyſſo & profũdo maris ſuperſtitionis idololatrię,credẽtes piſcati ſunt retibus fidei.Venatores autem quò miſsi ſunt?Cùm illi vagarentur per mõtes & colles,id eſt,per ſuperbias hominum,per tumores terrarum.Mons vnus Donatus,alius mõs Arrius, alter mons Fotinus, alter mons Nouatus: per iſtos montes errabant; Venatoribus indigebat error illo

Dan.3.

Cap.16.

Serm.61. in nouis ſerm.

illorum. Ideo & distributa sunt officia piscatorum & venatorum, ne fortè isti dicant nobis: Quare Apostoli neminem coëgerunt, neminem impulerunt? Quia piscator est, retia mittit in mare: quod incurrerit, trahit. Venator autē syluas cingit, feres excutit, terroribus vndique multiplicatis cogit in retia. Ne hac eat, ne illac eat; inde occurre, inde cede, inde, tetre, non exeat, nō effugiat. Item epist. 48. Putas, ait, neminē cogi debere ad iustitiā, cùm legas patrēfamilias dixisse seruis: Quoscūque inueneritis, cogite intrare? Priùs ad magnam cœnam suam adduci iubet conuiuas, nimirum qui leniter, verbis & miraculis Apostolorum, ad Ecclesiam accesserūt: postmodum verò qui in vijs & sepibus, id est, in hęresibus & schismatibus, inuenti sūt, terrore religiosorum Regum compulsi sunt intrare. *Luca. 14.*

Actor. 9. Nónne legis etiam ipsum primò Saulum, postea Paulū ad cognoscendam & tenendam veritatem magna violentia Christi cogētis esse cōpulsum? nisi fortè chariorem hominibus putas esse pecuniam, vel quamlibet possessionem, quàm lucem istam quæ oculis carpitur. Hanc ille, cælesti lumine prostratus, subitò amissam non recuperauit, nisi cùm sanctæ incorporaretur Ecclesiæ. Et putas nullam vim adhibendam esse homini, vt ab erroris pernicie liberetur? cùm ipsum Deum (quo nemo nos vtiliùs diligit) certissimis exemplis hoc facere videas, & Christum audias dicētem, Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit: quod fit in cordibus omnium, qui se ad eum diuinæ iracundiæ timore conuertunt. Meliùs est quidem (quis dubitauerit?) ad Deum colendum doctrina homines duci, quàm

pœnæ

pœnæ timore vel dolore compelli: ſed non quia iſti meliores ſunt, ideo illi, qui tales non ſunt, negligendi ſunt. Multis enim profuit (quod experimentis probauimus) priùs timore vel dolore cogi, vt poſtea poſsint doceri, aut, quod iam verbis dicerant, opere ſectari. Proponunt nobis quidam ſententiam cuiuſdam ſecularis authoris, qui dixit: Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo quàm metu. Hoc quidem verũ eſt: ſed ſicut meliores ſũt quos diligit amor: ita plures ſũt quos corrigit timor. Cæterùm (vt hanc rem aliquando finiamus) etſi Apoſtoli neminem ad credendum ciuilis poteſtatis authoritate & terrore compulerint; tamen Paulus non tam tranſitoriæ vitæ ſuæ, quàm Eccleſiæ Dei cõſulens, armato milite ſe deduci Tribuni ope implorata curauit, cùm Iudęorũ pateretur inſidias. Itemque, ne Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cęſaris popoſcit auxilium. Romani quidem Principis, ſed non Chriſtiani. Vbi ſatis oſtendit quid facere deberent poſtea Chriſti diſpenſatores, quando Imperatores Chriſtianos, periclitante Eccleſia, reperirent.

Auguſt. epiſt. 50.

Acto. 21.

Acto 25.

Odiosè politicus Catholicos accuſat feritatis, crudelitatis immaniſsimæ ſæuitiæ, odij in fratres implacabilis: perſecutores appellat eorum quos acerbiſsimis ſupplicijs affligunt; quoſq; proximorum loco æque atque Turcas non habent, cum pro inimicis potiùs ſit orandum, & laborandum vt ab erroribus conuertantur (poſsunt enim hæretici cõuerti, vt & qui Chriſtũ crucifixerunt vt benedictionem conſequantur à Chriſto promiam: Beati miſericordes, quoniã, &c. Pacati vbi fuerint, & pacem cũ hæreticis habuerint poterũt cholerã ſuã, & odium

Fol. 58. 71. 72. 73. 74. 75. 79. 83. 84. 88.

Matth. 5.

odium in dæmones euomere. At Roma fatalis est officina gladiorum occisionis: Ecclesiastici, Episcopi, Abbates, Iesuitæ, persuaserunt Regibus, esse gratũ Deo sacrificium, quòd hæretici regnis eorum exigantur; neque eis aliud commendant, quàm ignes & ferrum.

CAPVT IX.

HÆc dum odiosissimè & ad nauseam vsque aduersarij inculcant, Arrianorum & Donatistarum se amicos esse testantur, qui tyrrannis semper quã legitimis Principibus vsque adeò fuerunt æquiores, vt Donatistæ Iuliano apostatæ supplices facti, dum ab eo basilicas obtinere contendunt, apud eum solam iustitiam locum habere dicere nõ erubuerint. Piorum verò Principum semper illis displicuit aduersus suam tyrannidem & impietatem zelus diuinus, proque Ecclesiæ defẽsione sollicitudo & pia cura: cùm alioquin illi (sicut & modò Caluinistæ nulla authoritate freti, immaniter in Catholicos desæuirent. Proinde eis respondemus quomodo olim patres sui temporis hæreticis, proximum haberi nobis omnẽ hominem, cui misericordię officium sit exhibendum: nullum autem exceptum esse cui misericordia denegari possit, inde constare, quòd vsque ad inimicos exporrigi debeat, Domino dicente: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Cùm igitur solicita esse pro inuicem membra oporteat, & vnicuique Deus dederit curam de proximo suo; non possumus non Turcarum & hæreticorum salutem Deo commendare. Et si enim infidelitas & hæ-

August. epist. 52.

Matth. 5.

hæresis grauissima sint crimina, nullum tamen irremissibile pœnitentibus esse peccatũ, nulliusque quoad viuit, desperandam esse conuersionem, docuit Christus, cùm eorum qui se in crucem egerunt peccatum, quod sol & saxa aduersata sunt, & per antonomasiam peccatum dicitur, indulgentissimè condonauit. At diabolo, neque orationis, neque doctrinæ, neque correptionis beneficio succurri potest, vt qui in malo sit cõfirmatus, & irreuocabili sententia damnationi addictus sempiternæ. Propterea fraternam charitatem nõ diabolo, sed Turcis & hæreticis exhibemus, cùm pro eorum cõuersione, & vt detersis infidelitatis tenebris, & repudiato detestabili schismate, diuinæ lucis radijs illustrentur, iterumque Ecclesiæ corpori inserantur propitiatorio sacrificio, pijs gemitibus precibusque à Deo contẽdimus: cùm aduersus hæreses, veritatem verbo scriptoque tuemur, eosque, si refractarij esse pergãt, legum terroribus, per legitimos Principes, qui non sine causa gladium portãt, vindices in iram ijs qui malè operãtur, coërcemus: vt timore admoniti, ad pœnitentiã adducantur, & ab eorum contagijs, qui in fide sunt integri, immunes & illæsi permaneant. Quod cùm sit insigne misericordiæ Christianæ officium, confidenter expectamus, vt in die iudicij misericordiã cõsequamur Quòd si inflicta à legitimis potestatibus supplicia in peccantes, ex odio, maleuolentia, & vindictæ libidine proficiscantur: iam & Deus nos odisse videbitur, cùm nos merito peccatorũ affligit, de quo tamen dicit Apostolus: Deus flagellat omnem filium quem recipit: & pater quisque, educans filios suos

Roman. 13.

Math. 5.

Hebr. 12. Epheſ. 6.

suos in disciplina & correptione Domini, sicut idē docet Apostolus, filijs suis peruersè affectus videbitur. Et ne odio in peccantes exulcerati videantur qui Reipublicæ habenas moderantur, necesse erit, vt licentiosę perditorum hominum vitæ frænalaxent, & impunitatem proponant. Atqui ne existimemus suæ libertati malam voluntatem sempet esse permittendam, Principes præsidere populis
1. Pet. 2. scribit Petrus, ad vindictam malefactorū, laudem verò bonorum. Et Sapiens iubet filium durum à
Prouerb. 23. patre non solùm verbis corripi, sed etiam latera tūdi; vt ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur. Et iterum dicit: Tu quidem virga percuties eum, animam autē eius à morte liberabis. Sed hæc ipsa vberiùs nobis edisseret Augustinus, cuius verbis magis quàm meis delector. Donatistas, in-
Epi. 48. quit, per ordinatas à Deo potestates cohiberi atque corrigi, mihi nō videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus, qui tam veraciter vnitatem Catholicam tenent atque defendunt, & à pristino errore se liberatos esse lætātur, vt eos cum magna gratulatione miremur. Qui tamē, nescio qua vi consuetudinis, nullo modo in melius mutari cogitarent, nisi hoc terrore perculsi, solicitam mentem ad considerationem veritatis intenderent, ne fortè nō pro iustitia, sed pro peruersitate & prę sumptione hominum, ipsas tēporales molestias infructuosa & vana tolerantia paterentur. Istos ergo atroces quondam inimicos nostros pacē & quietem nostram varijs violentiarum & insidiarū generibus grauiter infestantes, si sic contēneremus & toleraremus, vt nihil omnino quod ad

eos

eos terrēdos & corrigendos valere posset, excogitaretur & ageretur à nobis; verè malum pro malo redderemus. Si enim quisquā inimicū suum, periculosis febrib⁹ phreneticū factū, currere videret in præceps, nōne tūc potiùs malū pro malo redderet, si eum sic currere permitteret, quam si corripiendum ligandúmque curaret; & tamen tunc ei molestissimus & aduersissim⁹ videretur, quādo vtilissimus & misericordissimus extitisset; O si possē tibi ostendere, ex ipsis Circūcellionibus quā multos iā Catholicos manifestos habeamus, dānantes suā pristinam vitam, & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro Ecclesia Dei facere, quicquid inquieta temeritate faciebāt; qui tamē ad hanc sanitatē non perducerentur, nisi legum istarum quæ tibi displicēt; vinculis, tāquā phrenetici, ligarētur. Sed & exillis qui quadam vetusta socordia premebantur, nónne salubriter regula temporalium molestiarum excutiendi erant, vt tāquam de somno lethargico emergerent, & in salutē vnitatis euigilarent? Quàm multi ex ipsis nūc nobiscū gaudētes pristinum pōdus pernicios sui erroris accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tāquam mortifero somno, ita morbo veternosæ consuetudinis interirent! At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia? de quibus scriptum est: Fruſtra flagellaui filios vestros, disciplinam non receperunt. Puto tamen quia dilectione, non odio flagellati sunt. Non omnis qui parcit, amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus, *Hiere.2.*

Melio

Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera amici, quàm volũtaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Quis nos potest amplius amare quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere nó cessat. Diligamus etiam inimicos nostros, vt simus filij Patris nostri, qui facit solẽ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita & flagella eius in eos quos diligit, cogitemus. Ad hæc legem promulgatam fuisse scribit, vt tantæ immanitatis hæresis Donatistarum, cui crudeliùs parci videbatur, quàm ipsa sæuiebat, non tantùm violenta esse, sed omnino esse non sineretur impunè, non tamẽ capitali supplicio constituto, propter seruandam etiam circa indignos mansuetudinem Christianã. Corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem quem non reuocastis, perditam non inquisistis. Et vos oues Christi estis, characterem Dominicum portatis in Sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo vobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis vt vos ad eius ouile redire cogamus; quàm consentiamus voluntati ouium errantiũ, vt perire vos permittamus. Nolite ergo dicere: Volum⁹ errare, volumus perire. Meliùs enim nos hoc omnino non permittimus, quantum possumus. Nolite dicere: Si iniusti sumus, quare nos quæritis? Quærimus enim vos iniustos, ne permaneatis iniusti. Quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus, dicentes: Mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuen

Matth. 5.

Epist. 50.

Epi. 204.

Epist. 50.

uentus eſt. Item ſermone de ouibus: Dolor iſte, admonitio eſt, nondum damnatio. Euigila ex dolore tuo, corrigere ex cruciatu tuo. Ligno malè curuo noſti caloré ſolere adhiberi; corrigat te dolor iſte, nondũ eſt flamma ignis æterni, tanquã calor foci eſt admotus curuo cordi tuo, vt hinc admoneatur & corrigatur. Magno igitur merito Auguſtinus fi- *Epi. 167.* nem attendens, quò Imperatorum aduerſus hæreticos leges dirigũtur, & tam Eccleſiæ quàm Principum piam intenſionem, pœnas quibus illi affliguntur & exercentur, miſericordiſsimam diſciplinam appellat. Et Theodoſium laudibus efferẽs, Ex *Lib. 5. de ciuit. cap. 26.* ipſo, ait, initio imperij ſui, non quieuit iuſtis & miſericordiſsimis legibus aduerſus impios laboranti Eccleſiæ ſubuenire; quam Valens hæreticus, fauẽs Arrianis, veheméter afflixerat. Contrà, ſacrilegus *Auguſt. epiſ. 166.* habetur Iulianus, quia tunc reddidit baſilicas hæreticis, quãdo templa dæmonijs; eo modo putans Chriſtianum nomen poſſe perire de terris, ſi vnitati Eccleſiæ, de qua lapſus fuerat, inuideret, & ſacrilegas diſsẽſiones liberas eſſe permitteret. Quo quid perniciosius excogitari poteſt? Quę eſt enim peior mors animæ, quàm libertas erroris? Nõ igitur quos Chriſtus poſuit paſtores ad regẽdam Eccleſiam ſuam, & veritatis pabulo paſcendas animas ſanguine ſuo acquiſitas, ſuæ quẽque conſcientiæ & diſciplinæ permittere, & pereuntes negligere potuerũt. At eis incubuit ad verum Dei cul- *Tit. 1.* tum ſana doctrina populum exhortari, inque eo firmare, & cõtradicentes arguere: prophana & vaniloquia, quæ vt cancer ſerpunt, deuitare; impietatis authores, Eccleſiæ cõmunione priuare; & cauta *Ambroſ. in Pſal. 118.*

sollicitudine arcere à caulis feroces lupos; vulpésque intercipere quæ demoliuntur vineas, id est, fraudulentorũ dolos à vineis Dominicis exterminare. At verò potestate quam per religionẽ & fi-
August. epist. 50. dem Regum, tẽpore quo debuit, accepit Ecclesia, secũdùm maioré Dei misericordiã, qui sciret harum legum terror & medicinalis quædã molestia quàm multorũ esset prauis vel frigidis animis necessaria, & illi duritiæ quæ verbis emẽdari nõ potest, sed tamen aliquantula seueritate disciplinæ potest: auxiliũ petiuit ab Imperatoribus Christianis, vt hi qui inueniuntur in vijs & sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, cogantur intrare. Quod si prẽteriisset, nõ eius fuisset laudãda patien-
Epi. 166. tia, sed negligentia meritò culpãda. Si enim hæretici priuata sua audacia tã violenter cogunt homines aut ire in errorem, aut permanere in errore; quãto magis nos debemus per ordinatissimas potestates (quas Deus secũdùm suam propheriã *subdidit* Christo) resistere furori eorũ, vt *miseræ animæ*, de eorũ dominatione liberatæ, eruãtur de vetustissima falsitate, & assuescant in apertissima veritate? Regum enim iussiones pertinere ad prædicandam religionem, & sacrilegia prohibẽda, ipse
Dan. 3. Nabuchodonozor ostendit, qui miraculo salutis trium puerorum cõmotus atque mutatus, pro veritate contra errorẽ edictũ proposuit, vt quicunque blasphemarẽt Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum irẽt, & domus illorũ disperderentur. Desinat igitur Politicus odiosè Catholicorum immanitatem criminari, & acerbissima oratione præfectorũ Ecclesiæ crudelitatem apud vulgus

vulgus insectari, vt rerũ imperitos ab eis auulsos, ad suũ schisma pertrahat perituros: suámque potiùs & hæreticorum omnium impientissimã matrem Ecclesiam Catholicã, quæ illis apertos pandit sinus, ingratitudinem, superbiã, cæcitatem, & peruicaciam accuser. Ac ne facilè sycophantarum istorũ imposturis, & mentito Christianæ mansuetudinis nomine, quam præ se verbis fallacibus ferunt, decipiamur; discamus à Gregorio Nanzianzeno, pio extra omnẽ controuersiam, ac mansueto, & fraterna charitate flagrante Episcopo, quid profutura sit Principũ lenitas, ad hæreticos à damnabili errore & schismate ad veritatis lucẽ, & Ecclesiæ gremium reuocandos. Is igitur ad Olympium scribit in hunc modum: Ego cùm omnium maximè Apollinistarum cogitationem impietatémque perspectam haberem, nec ferendam eorum amentiam cernerem; existimabam fore, vt lenitate mea mitiores efficerentur, ac paulatim emollirentur: atque hoc mihi sæpè fingebam. Verùm per imprudentiam & sceleratiores eos, vt apparet, reddidi; & intempestiua hac Philosophia Ecclesiam detrimẽto affeci. Neque enim peruersi homines lenitate atque humanitate flectuntur. *Epist. 77.*

Vanè gloriatur hæretici, se à Catholicis persecutionẽ pati, ideoq; se ad verã Ecclesiam pertinere, propterea quòd præclarè scripserit Augustinus, eum qui persecutionem mouet, esse ex diabolo; qui verò patitur, ex Deo. *Fol. 35. 36.*

CAPVT X.

DE Donatistis scribit Augustinus, quòd cùm pro merito, imò longè minùs merito, pro sui *Lib. 1. cõt. Parmen. cap. 9.*

furoris audacia, secundùm diuinæ misericordiæ disciplinam, temporales molestias patiuntur, non peccata sua puniri cõfitentur, sed merita coronari
Epist. 50. gloriãtur. Incredibili illi scilicet ardore animi sitierunt martyrum gloriam, vsque adeò vt sealiquando viatoribus armatis ingererẽt, percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur, terribiliter cõminantes. Et si percussores nõ inuenirẽt, per abrupta præcipitia, per aquas & flãmas, occidere seipsos, quotidianus eis ludus fuit. Sed aduersus istos pseu-
Epist. 48. domartyres audiamus Augustinum differentẽ. Si semper esset laudabile, inquit, persecutionem pati, sufficeret Domino dicere: Beati qui persecutionẽ patiuntur; nec adderet, propter iustitiam. Item si semper esset culpabile persecutionem facere, non
Psal. 100. scriptum esset in libris sanctis: Detrahentẽ secretò proximo suo, hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur, iniustus est; & qui eam facit, iustus est. Sed planè semper mali persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos. Illi nocẽdo, per iniustitiam; illi consulendo, per disciplinam: illi immaniter, illi temperanter: illi seruientes cupiditati, illi charitati. Occiderũt impij Prophetas, occiderunt impios & Prophetæ. Flagellauerunt Iu-
Ioan. 2. dæi Christum, Iudęos flagellauit & Christus. Traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati huma-
1. Cor. 5. næ, tradiderunt & Apostoli homines potestati Satanæ. In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate; quis nocendi
Epist. 50. causa, quis emendandi? Et alio loco: Qui diuidunt membra Christi, exufflant Sacramenta Christi: de persecutione gloriãtur, quia prohibẽtur ista facere legibus

legibus Imperatorum, quas cõstituerunt pro vnitate Christi, & iactant fallaciter innocentiã suam; & quam nõ possunt à Domino accipere, ab hominibus quærunt martyrum gloriã. Veri autem martyres illi sunt, de quibus Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Non ergo propter iniquitatem, & propter Christianæ vnitatis impiam diuisionem, sed qui propter iustitiam patiũtur persecutionẽ, hi martyres veri sunt. Nam & Agar persecutionẽ passa est à Sara, & illa sancta erat quæ faciebat, & illa iniqua quæ patiebatur. Nunquid & hüic persecutioni, quã passa est Agar, cõparãdus est sanctus Dauid, quem persecutus est iniquus Saul? Valde vtique distat, nõ quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. Et ipse Dominus cũ latronibus crucifixus est: sed quos passio iũgebat, causa separabat. Potest enim esse impiorũ similis pœna, sed dissimilis est martyrum causa. Et aliàs frequenter asserit, non posse habere martyrum mortem, qui Christianorũ non habent vitam: cùm martyrem nõ faciat pœna, sed causa. Quid laudas pœnã, & non ostendis causam? Beati, ait Dominus, qui persecutionem patiũtur: adde, propter iustitiam: & separasti latrones, separasti maleficos, separasti adulteros, separasti impios, separasti sacrilegos, separasti hæreticos. Tales persecutionem patiuntur, sed non propter iustitiam. Patiuntur autem pro honoribus suis, patiuntur pro Donato, non pro Christo. Postremò audi quid de martyribus sentiat gloriosissimus martyr Cyprianus. An secum, inquit, esse Christum, cùm collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi Ecclesiam

Matth.

Epist. 61.

Tract 6. in Ioan.

De vnit. Eccles.

cleſiã colliguntur? Tales etiãſi occiſi in confeſsione nominis fuerint, macula iſta nec sãguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ, nec paſsione purgatur. Eſſe martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt: ad regnũ peruenire non poterit, qui eã, quæ regnatura eſt, derelinquit. Exhibere ſe nõ poteſt martyrem, qui fraternã non tenuit charitatẽ. Ex his perſpicitur quàm impudenti fronte, & hæretico ingenio, dicat Politicus profectam ab Auguſtino præclaram hanc ſententiam: Qui perſecutionem facit, à diabolo eſt: qui autem patitur, à Deo eſt. Neq; enim ſuam agnoſcit, ſed Donatiſtarum eſſe affirmat, eamque ex profeſſo vt erroneam
Epiſt. 50. cõfutat. Nos enim, ait, ideo Cæcilianum (Carthaginenſem Epiſcopum Catholicum) ad veram Eccleſiam pertinuiſſe dicimus, non quia perſecutionem patiebatur, ſed quia propter iuſtitiã patiebatur: Donatiſtas autẽ illos fuiſſe alienatos ab Eccleſia, non quia perſequebantur, ſed quia iniuſtè perſequebantur. Nos itaque hoc dicimus. Illi verò ſi non quærũt cauſas, quare quiſque faciat perſecutionẽ, vel quare patiatur: ſine dubio Cæcilianũ in ea definitione cõſtituunt, qui non faciebat, ſed patiebatur: maiores autẽ ab ea definitione foras mittunt, qui faciebãt, non patiebantur. Sed hoc omitto. Illud dico: Si vera Eccleſia ipſa eſt quæ perſecutionem patitur, non quæ facit; quærant ab Apoſtolo, quam Eccleſiam Sara ſignificabat, quando perſecutionem faciebat ancillæ? Liberam quippe
Contra Donatiſt. poſt coll. cap. 31. matrem noſtram cæleſtem Hieruſalem, id eſt, veram Dei Eccleſiam, in illa muliere dicit fuiſſe figuratam, quæ affligebat ancillam. Denique vt impoſtura

poſtura Politici manifeſtior euadat,& palàm falſi conuictus erubeſcere diſcat, de Donatiſtis adhuc ſcribens Auguſtinus, Vbi,inquit, eſt illa præclara laudatio,qua extollunt ſeparationem ſuam,dicentes,eam eſſe Eccleſiam veritatis,quæ perſecutionẽ patitur,nõ quæ facit?Nempe eliſa eſt, nempe proſtrata.Leguntur perſecutiones eorum,negare non poſſunt, quia leguntur ſcriptiones eorum. Tenemus eos confitentes,profitentes,gloriantes,maiores ſuos Cæcilianum apud Imperatorem grauiter perſecutos. Non ergo iam clament ſegregationem ſuam ideo eſſe Eccleſiam veritatis, quia perſecutionem non facit, ſed patitur: aut fateantur non eam fuiſſe Eccleſiam veritatis, quando à maioribus eorum Cæcilianus patiebatur.

Doceamus & alia ratione non habere Caluiniſtas veram Eccleſiam, idque ex verbis Auguſtini *aduerſus Donatiſtas*, cum quibus eſt Caluiniſtis *par ſimiliſque cauſa*. Libro igitur ſecundo contra Gaudentij epiſtolam, reſpondet illis epiſtolæ eius verbis:Noſtram fidem, quam Dominus Apoſtolis reliquit, ſolæ nobis iſtæ perſecutiones grauiſsimã reddunt. Rectè iſta dicerentur à vobis quærentibus martyrum gloriam, ſi haberetis martyrũ cauſam. Non enim felices ait Dominus qui iſta patiuntur, ſed qui propter Filium hominis patiuntur,qui eſt Chriſtus Ieſus. Vos autem non propter ipſum patimini, ſed contra ipſum. Patimini enim ideo,quia non ei creditis;& toleratis ideo,ne credatis. Quomodo ergo vos eam tenere fidem iactatis, quam Dominus Apoſtolis dereliquit? An vſque adeò cæcos & ſurdos vultis eſſe homines, *Cap. 12.*

vt non legant,non audiant Euãgelium, vbi nouerint quam fidẽ de ſua Eccleſia Dominus Chriſtus Apoſtolis dereliquit,ex qua diuiſi & ſeparati nihil aliud facitis,quàm cõtra verba capitis & corporis rebellatis,& tamen propter Filiũ hominis, & fidẽ quam reliquit Apoſtolis,vos perſecutionem ſuſtinere iactatis? Omittamus alia,& nouiſsima verba eius in tertis audiamus,vbi videamus quam fidem de Eccleſia Apoſtolis dereliquit,quale teſtamentũ quodammodo fecerit,nõ vitam finiturus, ſed ſine fine victurus;non mittẽdus in ſepulchrum, ſed aſcenſurus in cælum.Surgens enim à mortuis, poſt-
Luc. 24. quam apparuit diſcipulis ſuis, Oportebit, *inquit*, pati Chriſtũ,& reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Itémque in monte Oliueti, poſtquam nihil vlteriùs in tertis poſitus dixit,ſed quod fuerat maximè neceſſariũ, hoc cõmendauit extremum. Multi quippe erant *futuri* per vniuerſas partes terræ,vendicaturi ſibi nomen Eccleſiæ, & contra vniuerſam domum, quæ per vniuerſam terram,cantat canticum nouum,de quo
Pſal. 95. ſcriptum eſt; Cantate Domino canticum nouum,
Actor. 1. cantate Domino omnis terris; de ſuarum quiſque ruinarum angulis latraturi:Accipietis,ait,virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos,& eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in totam Iudæam & Samariam, & vſque ad terminos terræ. Hanc ſponſam ſuis amicis ſponſus abiens cõmendauit. Huic hominis Filio, qui Eccleſiam ſuam incipientem ab Hieruſalem, & per omnes gentes creſcentem & fructificantem, tanta diligentia commenda-

uit,

uit,mira cæcitatis impudentia cõtradicitis,& propter hominis Filium vos mala ſuſtinere clamatis. An hoc fortaſsis ideo dicitis,quia vobis alium filiũ hominis inueniſtis,cuius nomine vocitemini, de cuius parte dicamini? Erratis. Quando propter Filium hominis perſecutionẽ pati, felicitatis eſſe dicebat;ſeipſum ille ſponſus;non adulterum prædicabat. Et ad Bonifacium Comitem ſcribens de Donaſtitarum errore: Innumerabilia,ait,ſunt teſtimonia *diuinorum* librorum,in quibus ſicut apparet Dominus Chriſtus,ſiue ſecũdùm diuinitatem, ſiue ſecũdùm ſuſceptæ carnis humilitatem; ſic apparet etiam eius Eccleſia non in ſola Africa, ſicut iſti impudẽtiſsima vanitate delirãt, ſed toto terrarum orbe diffuſa. Hanc Eccleſiã,cui non cõmunicat pars Donati, vniuerſarũ Scripturarũ teſtimonia conſona voce proclamant. In ſemine tuo be*nedicẽtur* omnes gẽtes, Lex Dei dicit. Dominabi*tur à mari vſque* ad mare,& à flumine vſq; ad ter*minos orbis* terrarum, per Pſalmũ Dominus dixit. Viderit nunc ęquus rerum ęſtimator, damnauerítne Auguſtinus Caluiniſtas in Donatiſtis, reijciẽtes Eccleſiam per omnes gentes creſcentẽ & fructificantem,& non hominis Filiũ Eccleſięque ſpõſum ſed adulterum colentes Caluinũ, nuncupationem ex nomine eius, & effícta ab eo doctrina, ſortiti: quaſi vel diuiſus ſit Chriſtus, vel pro Eccleſia crucifixus ſit Caluinus. Cũ igitur in Eccleſia Catholica non ſint Hughenoti, quam oderunt impenſiſſimè,& crudeliſsimè, quoties religioſorũ Principũ maiori poteſtate nõ coërcentur, perſequũtur;& in ſuper recta fide ſint deſtituti, quam eadẽ Eccle-

Epiſt.50.

Gen.26.

Pſal. 71.

ſia,duce & inſpiratore Spiritu ſancto,prędicat:relinquitur non eſſe eos martyres,neque pro iuſtitia pati perſecutionem,ſi verum eſt quod ſcripſit Cyprianus;Eſſe martyr nō poteſt,qui in Eccleſianon eſt.Ac ſi iuſtitiam ſuam,pro qua ſe pati volūt,vllo modo prædicandam putabant, eis ego verbis Auguſtini ad Gaudentium Donatiſtam,reſpōdebo:Si ad vos putatis hæc iuſtorum verba pertinere; Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt:priùs,an iuſti ſitis,oſtēdite. Habetis enim res magnas quas inter veſtras iuſtitias vētiletis,diuiſionem Chriſti, reciſionē Sacramentorum Chriſti,deſertionem pacis Chriſti, Criminationes in coniugem Chriſti, negationem promiſſorum Chriſti.Hæ ſunt iuſtitiæ veſtræ,propter quas videlicet ſtabitis in magna conſtantia aduerſus eos qui vos anguſtiauerunt. Certè Caluinus à Catholica Eccleſia,in cuius ſinu multis annis acquieuerat,in qua Chriſto per Baptiſmū fuerat *in*ſertus,ſacrilegè defecit,& multas hominū *myria*des ad ſchiſma ſuū pertraxit,eq; cerebri ſui incude,inter cęteras blaſphemias,hāc quoque protulit, vt auguſtiſsimū Euchariſtię ſacramentum, idolum appellare non dubitarit:in quo multis modis Donatiſtarum improbitatē ſuperauit. Conſtat igitur, nulla ratione propter iuſtitiam,quæ ſine vera fide nulla eſſe poteſt,pati Caluiniſtas perſecutionem.

Lib.2.ca. 27.

Sapiēt 5.

Catholicam Eccleſiam ſemper ab hæreticis grauiſſimam pati perſecutionem.

Caput xi.

NIhil nunc dico de Catholicorū cædibus,nullo iuris ordine, nulla legitimarū poteſtatum autho

authoritate, ab eis crudeliter patratis. illud profero, vt nos perſecutionem pati conuincam, quod ex Geneſi citat Apoſtolus in epiſtola ad Galatas: Sicut tunc ille qui ſecundùm carnem natus erat, perſequebatur eum qui ſecũdùm ſpiritum: ita & nunc Et ad Timotheum: Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Qui ſunt ſecundùm carnem nati? Dilectores mundi, amatores ſæculi? Qui ſunt ſecundum ſpiritum nati? Amatores regni cælorum, dilectores Chriſti, deſiderantes vitam æternam. Ludunt pueri Iſmael atque Iſaac, & dicit Apoſtolus perſecutionem. Plus ergo vos perſequuntur, qui vos illudendo ſeducunt. Si Donatiſtæ afflictionem corporis aliquãdo paſsi ſunt; perſecutio, quàm faciunt, grauior eſt. Caue quando vult ludere Iſmael cum Iſaac, quando tibi blanditur, quando offert alterum Baptiſmum. Caue animæ perſecutorem. Nam ſi à Principibus Catholicis aliquid paſſa eſt, pars Donati aliquando; ſecundũ corpus paſſa eſt, nõ ſecũdùm illuſionẽ ſpiritus. Quòd ſi illi non commouerẽtur aduerſus deteſtãdos diſsipatores Eccleſiæ; ecquo modo redderent rationem de Imperio ſuo Deo? Omnino pertinet ad Reges ſeculi Chriſtianos, vt tẽporibus ſuis pacatam velint matrem ſuam Eccleſiam habere, vnde ſpiritaliter nati ſunt. De hac ſpirituali perſecutione, productis Apoſtoli verbis ad Timotheum, Sanctus Marcus Papa, Non in eo, inquit, tantùm computanda eſt perſecutio, quòd cõtra Chriſtianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunque ſupplicijs: ſed diſsimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & maligna

Cap. 21. Cap. 4.

2. cap. 3.

Auguſt. tra. 11. in Ioa.

gnarum tela linguarum. Atque hoc grauiorem & periculosiorem esse hæreticorum persecutionem, scribit Basilius, quòd non ex aperto oppugnẽt, sed occultas insidias struant, consilium suum per nomen Christianum, quod prętexunt, obtegentes. In transuersum, inquit, rapiuntur simplicium aures, ac deinceps transeunt in consuetudinẽ hæreticæ impietatis. In istiusmodi sermonibus doctrinæ plusquam impiæ educantur Ecclesiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient? Baptismata sunt apud hęreticos: illi inuisunt infirmos, solantur mœstos, adiuuant laborantes & pressos, mysteriorum communionem administrant. Quod omnia per *ipsos* dispensantur & perficiuntur, quasi retinaculum quoddam est plebi, quo ad illorum concordiã astringuntur. Arriani, ait Ambrosius, quibus multa nobiscum paria sunt, facilè possunt innoxias mẽtes & soli Deo deditas, fraudulenter societate percutere, dum malorum suorum virus, per bona *nostra* defendunt. Vnde vehementer nobis cauẽdum est, ne se vel sensibus, vel auribus nostris huiusmodi aliquid latẽter insinuet: quia nihil tã cogit in mortem, quàm sub obtẽtu fidei, fidem violare. Vt enim gypsum aqua permixtum, lac colore mẽtitur: ita hîc per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur: Aliter enim commenta errotis commendare nõ possũt, nisi interposito Saluatoris nomine prędicẽt, vt res contrarias & absurdas, nominis dignitas faciat acceptabiles. Quoniam igitur hęretici habent nomen Christianum, & Sacramenta Christiana, & Scripturas, & professionem: non possunt non facere magnum dolorem in cordibus

Epist. 70. 71.

Li. de fide, cap. 1.

In cap. 3. 1. ad Corint.

dibus piorum: quia & multi volẽtes eſſe Chriſtiani, propter eorum diſſentiones hæſitare coguntur, & multi maledici etiam in his inueniunt materiã blaſphemandi Chriſtianum nomẽ: quia & ipſi quoquo modo Chriſtiani appellantur. His atque huiuſmodi prauis moribus, & erroribus hominum perſecutionem patiuntur qui volunt piè in Chriſto viuere, etiã nullo infeſtante, neque vexãte corpus illorũ. Patiuntur quippe hanc perſecutionem nõ in corporibus, ſed in cordibus, eoque grauiorẽ quo eis eſt charius Chriſti nomen. Accedit huc quod ſcripſit Tertullianus. Hæreſes non minùs doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſere, quàm Antichriſtus perſecutionum atrocitate perſequetur: niſi quod perſecutio & martyres facit, hæreſes apoſtatas tantùm. *Lib. de præſcr. hæret.*

Vitari hæreticos à Catholicis oportere, ne eorum contagione offendantur.

CAPVT XII.

NOn flagrãt odio Catholici in hęreticos, à quibus cõuerſatione ſeparãtur, ſed charitate potiùs vrgentur; hoc enim agunt, vt hęretici dũ ſe vitari vident; pudore ſuffundantur, & tandem ab errore liberentur. Iuſsit enim Apoſtolus, tolli de medio Corinthium fornicarium, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & ſibi prudenter Catholici conſulunt, hæreticorum fuga, ne peſtifero eorum ſpiritu afflati, pernicię & noxam cõtrahant. Ne commiſceamini fornicarijs, ait Apoſtolus: Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, *1. Cor. 5.*

Digitized by Google

dicus,aut ebriosus,aut rapax;scripsi vobis cum huiusmodi nec cibũ sumere. Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et Prophana & vaniloquia deuita,multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorũ vt cancer serpit:ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt. Item de ijs qui pietatis quidem speciem habẽt,sed abnegant eius veritatem:Et hos,ait,deuita. Et Ioannes:Si quis ad vos venit,& hanc doctrinam non adfert,nolite recipere eum in domum,nec aue ei dixeritis. Christus quoque:Pastor,inquit,ante oues vadit,& oues eum sequũtur,quia sciunt vocem eius:Alienum autem nõ sequuntur, sed fugiunt ab eo:quia non nouerũt vocem alienorum. Fur enim non venit,nisi vt furetur,& mactet, & perdat. Inter fures autem & latrones,hæretici vel primo loco habẽdi sunt,etiamsi Christi nomine, tanquam ouina pelle glorientur. Prædicant enim Christum qualem sibi fingunt,nõ qualem Veritas dicit. Nomen habent,rem non habent:vel certè Ecclesiam Christi ipsius ore prædicatam & demonstratam non agnoscunt,neque in eius fide & religione integrè acquiescunt. Hinc ait Irenæus,hæreticos vti nomine Dei,tanquam irritamento quodam, quo faciliùs impietatem suam introducant. Propterea diuus Ioannes Euãgelista legitur exilijsse è balneo, in quo viderat Cerinthum,veritatis inimicum, veritus ne balneum conderet. Tantùm Apostoli & eorum discipuli habuerunt terrorem, vt neque verbotenus cõmunicarent alicui eorum qui adulterauerant veritatem, quemadmodum & Paulus ait:Hæreticum hominem post vnam correptionem

1.Cor.15. 2.Tim.2. 1.cap.2. Ioan. 10. Lib.1.ca. 30. Iren.li.3 cap.3. Tit.3.

deui

deuita: ſciens quoniám peruerſus eſt qui eſt talis. Cyprianus etiam monet Cornelium, vt euitẽt fratres colloquia & verba eorum, quorum ſermo vt cancer ſerpit, nulla cum talibus commercia copulẽtur, nulla cum malis conuiuia vel colloquia miſceantur, ſimuſque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt illi de Eccleſia profugi. Nulla enim ſocietas fidei & perfidiæ poteſt eſſe: qui vnitati & paci Chriſti inimicus eſt, nobiſcum non poteſt cohærere. Et libro de vnitate Eccleſiæ, Vitate quęſo vos, ait, eiuſmodi homines, & à latere atque auribus veſtris pernicioſa colloquia velut contagium mortis arcete, ſicut ſcriptũ eſt: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. Docet Dominus & admonet à talibus recedendum. Cæci ſunt, inquit, & duces cæcorum. Cæcus autem cæcum ducens, ambo in foueam cadunt. Auerſandus talis atque fugiendus, *quiſquis fuerit* ab Eccleſia ſeparatus. An *eſſe ſibi cum* Chriſto videtur, qui aduerſus Sacerdotes *Chriſti facit*, qui ſe à cleri eius vel plebi ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiá portat, hoſtis altaris, aduerſus ſacrificiũ Chriſti rebellis, pro religione ſacrilegus, filius impi⁹, frater inimicus. Denique Nanzianzenus, Eos, inquit, qui aliud quiddam ſentiunt aut profitentur, aut diuerſis naturarum gradibus atque menſuris vnitatem Dei euertunt aut dirimunt, quaſi peſtem & corruptelam Eccleſiæ, veritatiſque virus, abiicite, non odio eorum flagrantes, ſed eorum caſum miſerantes. Ideoque Leo Pontifex Leonem Imperatorem rogat, vt hanc Eccleſiæ medicinam præſtare dignetur, vt clericos Conſtantinopolitanos, hæreticorum

Lib. 1. Epiſt. 3.

Eccl. 28.

Matt. 15.

Oratione de ſeipſo.

Epi. 75.

rum sensui consonantes,nõ solùm ab ordine clericatus,sed etiam ab vrbis habitatione pellat, ne vlteriùs sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluatur.

Fol. 79. *Stultè admodum & irreligiosè velle Politicum,quæriam viam quæ ducit ad salutem,post tot secula humanæredemptionis.*

CAPVT XIII.

QVi de fidei doctrina volunt suspẽdere iudicium,nullamque sectam sub Christi nomine emergentem damnari,sunt Rhetorio non absimiles,qui omnes hæreticos rectè ambulare, & vera dicere affirmauit;vel certè Academicis,quibus incerta sunt omnia:sed ciuitas Dei talem dubitationem(ait Augustinus)tamquam dementiam detestatur:habens de rebus quas mẽte & ratione comprehendit,etiam si paruam propter corpus corruptibile,quod aggrauat animam,tamen certissimam scientiam,creditque sensibus in rei cuiusque *euidentia*, quibus per corpus vtitur. Credit etiam Scripturis sanctis,& veteribus & nouis, quas Canonicas appellamus,vnde fides ipsa concepta est, ex qua iustus viuit,per quã sine dubio ambulamus quãdiu peregrinamur à Domino. Cùm verò iam vult inquiri viam ad salutem perducentem, cum Porphyrio sapit,qui scripsit nondum receptam vnam quãdam sectam,quæ vniuersam viam animę liberandæ contineat, vel à verissima Philosophia aliquà, vel ab Indorum moribus, ac disciplina aut inductione Chaldæorum,aut alia qualibet via.Ac Porphyrius quidem hîc aliquam veniam meretur,

Aug.hæres.72.

Li.16. de ciuit. ca. 18.

An.264. Lib. 10. de ciuit. cap. vlt.

tur; vt qui fuerit infidelis ac dæmonum cultor: at inexcusabiles sunt omnino Christianismum profitentes, iam in omnibus gentibus rutilante Euangelio, qui salutis viam non agnoscunt, de qua Propheta perspicuè vaticinatus, cùm dixit: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos: vt cognoscamus in terra viã tuam, in omnibus gẽtibus salutare tuum. Et si vera Ecclesia, magistra & colũna firmamentúmque veritatis, noui Testamenti tempore nondũ innotuit, quomodo de eius clarissima manifestatione vaticinatus est Isaias: Et erit, inquiens, in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gẽtes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Siõ exibit Lex, & verbum Domini de Hierusalem. Absit igitur à misericordia Dei, vt obscuram per tot annorum centurias voluerit esse suam Ecclesiam, quam iam inde ab initio pronunciauit esse ciuitatẽ in monte positam quæ abscondi non possit, cuius iudicium quisquis non audierit, iubet Euangelium, vt sicut Ethnicus & Publicanus habeatur. Huic Ecclesiæ missurum se Paracletum promisit, à quo omnem veritatem doceretur, in que ea ad finem vsque seculi dirigeretur: Et ecce, inquit, ego vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Hanc ita protegit & firmat, vt nunquam aduersus eam prævalituræ sint inferorũ portæ. Atque vt certiùs ab hæreticorũ conuenticulis discernatur, eam asseruit in

Psal. 66.

Cap. 2.

Mat. 5.

Mat. 18. Ioan. 16.

Matth. vlt.

uniuersum orbem terrarum, ramos suos diffusurã,
Psal. 2. iuxta quod in Psalmo Pater Filio condixit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuã terminos terræ. Et, Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. Est igitur perquã mirum, tam impudentes, tam cæcos, tam arrogãtes esse hæreticos, vt intrepidè asserere audeant, adhuc sub iudice litem pendere, cùm de Ecclesia, tum de veritatis doctrina: imò hactenus tot seculis errasse Christianos à via veritatis, vt iã via salutis inquirenda sit: vel certè ab hæreticis, Ecclesiarũq; dissipatoribus, doctrina pietatis expetenda. Cùm Apollinarius nouã de Christi humanitate fidem inueheret, ei his verbis respõdit Nazianzenus: Absconditam post Christum sapientiã nobis annunciant. Res lachrymis digna. Si enim triginta his annis fides originẽ habuit, cum quadringenti fermè anni ab eo tempore fluxerint, quo Christus palàm conspectus est; inane tanto tẽpore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra. Et martyres quidem frustra subierunt martyrium, frustra etiam tales tantíque antistites populo præfuerunt.
Epist. 2. ad Cledonium.
Libr. 1. contra Eunom. Pari modo Eunomio superbè à discipulis suis exigenti, ne maiori parti plus tribuerent, néve his qui præoccuparunt deferendo, posterioribus aures obserarent, Basilius hoc modo respondet. Quid tu narras? Non dabimus plus antiquitati? Non reuerebimur Christianorum multitudinem, tam eorum qui sunt, quàm eorum qui fuerunt, ex quo Euangelium prædicatum est? Nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni spirituali gratia claruerunt, sed claudentes semel oculos animi,

animi, exterminata cuiuſlibet ſancti viri memoria, vacuam deceptionibus tuis mentem noſtram ſupponemus? Omnes tibi perſuaſi, traditionem fidei, quæ præterito tempore omni, ſub ſanctiſsimis viris euicit, cogitationibus veſtris impijs poſtponemus? Manichæorum quoque inſolentiam, Manem ſuum iactantium eſſe promiſſum Apoſtolis Paracletum, Leo hac oratione repreſsit: Manichæus eo tempore innotuit, cùm poſt reſurrectionem Domini ducenteſimus & ſexageſimus annus impletus eſt. Non ergo potuit promiſsio Domini, tanta per ætatis interualla differri. Nec ille Spiritus veritatis ita ſeptiformem donorum ſuorum cõtinuit largitatem, vt tot Eccleſiæ generationes, ſapientia & intellectu, ſcientia & pietate, conſilio & fortitudine, atq; ipſo Dei timore fraudaret, donec prodigioſus turpium mendaciorum ſignifer naſceretur. *Serm. 2. de Pent.*

Vt nunc indignarentur ſancti & eruditi illi antiſtites, Baſilius, Nazianzenus, & Leo, ſi Caluiniſtas audirent vniuerſam retrò antiquitatem & Catholicam Eccleſiam tot ſeculorum lapſu, ignorantiæ & agendorum & credendorum accerſere, ſibíque ſolis veritatem vendicare?

Oſtenditur aduerſus aſſertionem Politici, Caluiniſtas & Lutheranos eſſe hæreticos conuictos. *Fol. 63. 78.*

CAPVT XIIII.

SI Lutherani & Caluiniſtæ propterea hæreticorum catalogo aſcribi nõ debeant, quia Chriſti nomen præferunt, & Chriſtianã religionem profitentur; nullus omnino iudicari poterit hæreticus, cùm Chriſti nomen nemo neget. Nam & *Iren. li. 1. cap. 30.*

Simoniani, Christi Iesu nomen tanquã irritamentum præferentes, per dulcedinem & decorem nominis, amarum & malignum Principis apostasiæ serpentis venenũ porrigebant. Cæterùm hæreticum definit Augustinus, qui morbidũ prauúmque quid in Ecclesia Christi sapit, & correptꝰ vtrectũ sapiat, resistit contumaciter, suáque pestifera dogmata defendere persistit: non autem qui sententiá suam, quamuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate tuetur, paratus corrigi cùm inuenerit veritatẽ. Iste quippe animus etiã in dictis per ignorantiã non Catholicis, ipsa est correctionis præmeditatione ac præparatione Catholicus. Et libro de vera religione, asserit in Ecclesia cuiuslibet errorẽ sustineri, donec prauã opinionem pertinaci animositate defendat. Hinc Paulus non simpliciter errãtes pro hæreticis habet, sed qui resistunt veritati, sanámque doctrinã non sustinent, & à veritate auditum auertunt, & veritati *contradicunt*: quæ manifestè rebellionẽ & *pertinaciam* designant. Pertinacem autẽ rectè dixeris, cui nulla rationabilis causa suffragatur: qualis est qui veritati sufficienter demonstratæ resistit. Sufficiens porrò demonstratio est, vniuersalis Ecclesiæ definitio, aut publica & perpetua eius obseruatio. Vnde Irenæus vnius & viuificatricis fidei plenissimã ostensionem esse dicit, traditionem quæ est in Ecclesia, ab Apostolis continua successione vsque nunc cõseruatã. Qui ergo se tum credituros pollicentur, cùm sibi fuerit ostensum, Romanam Ecclesiam, verã & Apostolicam esse Ecclesiã; & Ecclesiæ publicã professionem, nõ satis sibi demonstratam

Lib. 18. cap. 51.

Lib. 3. de orig. anima, c. 15.

Cap. 6.

2 Tim. 3. & 4. Tit. 1.

Li. 3. c. 3.

ſtratã eſſe dicunt; claudunt oculos vt non videant, & aures vt nõ audiant, inque illos dicit Iſaias: Filij mendaces ſunt, nolunt audire Legem Dei, qui dicunt videntibus: Nolite aſpicere nobis quæ recta ſunt, videte nobis errores, auferte à me viã: Væ filij deſertores. Inter pertinaces quoque cenſentur, qui ad ſingulas ferè quæſtiones proteſtantur ſe œcumenicæ Synodi fidem ſecuturos; cùm & nullam Synodum admittant, & non niſi damnatos olim errores ſectentur. His in vniuerſum reſpõdet Gelaſius in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, vbi Achatio Eutychis ſectatori, cõquerenti ſe in communionem non recipi, nulla ſententia damnatum, reſpondit: Achatium non fuiſſe inuentorem noui erroris, ſed veteris imitatorem: atque ideo non opus fuiſſe vt aduerſus eum noua ſententia prodiret, ſed antiqua tãtummodò renouaretur. Factus ſum, inquit, executor veteris conſtituti, non promulgator noui: quicunque enim in damnatam ſemel hæreſim labitur, eius damnationi ſeipſum inuoluit. Vnde maiores noſtri ſancti & docti Pontifices, in vnaquaque hæreſi quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholica atque Apoſtolica, ſecundùm Scripturarũ tramitem prædicationémque maiorum, ſemel facta congregatione ſanxerunt, inconuulſum voluerunt deinceps firmúmque conſtare, neque in eadem cauſa quæ præfixa fuerant retractari, qualibet recenti preſumptione permiſerunt: ſapientiſsimè prouidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contrà ſingulos quoque prorſus errores, ſtabile conſi- *Cap. 30.*

steret Ecclesiæ constitutum.

Cùm igitur Lutherani & Caluini istæ ignorare non possint, quæ sit Ecclesia in cõmunione omnium gentium posita, quæque religio per manus Episcoporum continua serie succedentiũ ad nos sit transmissa: & tamen proprio iudicio atque electione se damnantes, & illi Ecclesiæ cohærere nolint, & potiùs vitam patiantur sibi, quàm errores auferri; manifestè & schismatici & hæretici esse conuincuntur. Primùm enim quod hæreticis proprium esse docuerũt Apostoli, vt exeant ex nobis, & segregent semetipsos, & nostram deserant collectionem, in istos ad amussim quadrat. Et enim ex Ecclesia Catholica exierunt, in qua regenerati & inciti sunt Christo. Sic enim Parmeniani factionẽ schismaticam esse probauit Optatus: Videndũ est, inquiens, quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis ordinationem fecerit saluo altero ordinato. Nõ Cæcilianus exiuit à Maiorino auo tuo, sed Maiorin⁹ à Cæciliano. Nec Cæcilianus exiuit à cathedra Petri vel Cypriani, sed Maiorinus, cuius tu cathedram sedes, quæ ante ipsum Maiorinum originem non habebat. Similiter dixerimus, Lutherum & Caluinum à cõmunione & radice Catholicæ Ecclesiæ exiuisse, non autẽ Catholicam Ecclesiã à Lutheri & Caluini societate. Adhæc monent Apostoli, vt in accepta doctrina, in ijs quæ didicimus, atque in eadem regula permaneamus, vt quod audiuimus ab initio, in nobis maneat, & prophanas vocũ nouitates deuitemus, obseruemúsque eos qui dissensiones & offendicula faciunt, præter doctrinam quam didicimus, ab essque

1. Ioã. 2. Iudæ in epist. Hebr. 10.

Li. 1. cõt. Parm.

1 Ioan. 2. Ioan. 2. Coloss. 2. Rom. 16.

eíſque declinemus. Ideóque doctrinam omnem, nouitatis ſuſtinentes infamiam, Patres ſemper reiecerũt. Et Tertullianus Praxeæ improperat, quòd hesternus; & aduerſus omnes hæreticos præiudicatum docet, id verum eſſe quodcunque primũ, id eſſe adulterinum quodcunque poſterius: eámq; (vt ita dicam) prioritatem, teſtimonium eſſe veritatis vbique occupantis principatũ, & illi pronunciandam eſſe regulæ interuerſionem, vbi poſteritas inuenitur. Palàm igitur eſt, Caluiniſtas eſſe hæreticos, vt qui antiquitate reiecta, noua figmẽta tueantur, & opiniones Eccleſiæ ante ſuam diuiſionem ignotas, vel ſemper improbatas. Poſtremò hæreticos quouis tempore habuit Eccleſia, eos qui authorum ſuorum nominibus appellantur; vt vel imperiti certò ſciant, Chriſtianos eſſe deſijſſe, qui Chriſti nomine amiſſo, humana, & externa vocabula induerunt. Sunt & fuerunt multi, ait Iuſtinus, qui docent dicere & facere res impias, & contumelioſas in Deum, cùm tamen in nomine Ieſu veniant. Et ſunt inter nos diſtincti cognominibus, denominati à quibuſdam viris, vt quiſque fuit author alicuius nouæ doctrinæ & ſententiæ. Ex ijs alij vocantur Marciani, alij Valentiniani, alij alio vocabulo, quiſq; à primo inuentore ſui dogmatis. Et Athanaſius: Noſcat, ait, oĩs homo qui ad Chriſti fidem volens venit, quòd omnis fides quę in terra ab homine nomen accepit, vt à Simone, inquã, Simoniani, ab Arrio, Arriani: hæ omnes & reliquæ, à nominibus hominũ, & propter ipſos ſic nominatæ, non ſunt fides Dei. Si enim Dei ſunt, quare ſic nominantur? Sicubi audieris, inquit Hieronymus,

De præſcri. hær.

Lactan. lib. 4. de vera ſap. cap. 30.

Cont. Tryph.

Quæſt. 44. ad Antioch.

Cõt. Lucifer.

eos qui dicuntur Christi, nō à Domino Iesu Christo, sed à quopiam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos: scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogā. Hæresiarchæ enim, vt Christi se hostes esse demonstrent, discipulis
Apoc.12. sua indunt nomina, tanquam bestiæ & Antichristi characterem: vt eorum sectatoribus in Iudæorum
Ioan.5. persona illud exprobrasse Saluator videatur: Si alius venerit in nomine suo, illum audietis. Vt igitur omittamus, iusto examine & iudicio, tanquam schismaticam & hæreticam, damnatā esse Lutheranorum & Caluinistarum sectam: certè quo iudicio Patres Simonianos, Marcionitas, Arrianos damnarunt, quòd authorum suorum nominibus insigniantur; eodem etiam Caluinistas, post multa secula nascituros, hæreticos pronunciauerūt. Non igitur deinceps nobis succenseant, quòd hæretici nobis habeantur; neque se nondum cōuictos glorientur, tot sanctorum iudicijs, antequam nascerentur, prædamnati.

Fol.79. Multa in Ecclesia credenda & obseruanda, ex traditione pendere: astutè verò hæreticos solam Scripturam admittere, vt soli sint iudices veritatis.

Caput xv.

2. Tim.3. Quæ scripta sūt, sufficiūt omnino vt perfectus sit homo Dei, quia in eis sunt omnia credendorū fundamenta, & Ecclesiā nobis commendant
1. Tim.3. columnā & firmamentū veritatis. Ab hac cognosci prōptū est quæ sit Scriptura Canonica, quæ notha & apocrypha; & quid sit Apostolicæ doctrinæ consentaneum, quid repugnans. Hinc Augustinus

ostēn

ostendens nō debere rebaptizari ab hæreticis venientes, Nos inquit, in hac re sequimur etiam canonicarum authoritatem certissimam Scripturarū, cùm hoc facimus quod vniuersæ iā placuit Ecclesiæ, quàm ipsarum Scripturarum commēdat authoritas: vt quoniam sacra Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quęstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta Scriptura cōmendat. Propterea Paulus diligenter discipulos suos hortatur, non tā vt doctrinam literarum monumentis cōmissam, quàm verbis prædicatam, attēdant, State, ait, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et cùm ipse comitesque eius transirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus. Et ad Timotheū, Quæ inquit, *audisti à me per multos testes, hæc cōmenda fidelibus, qui idonei erunt & alios docere.* Neque Irenæus occupatur, vt ad Scripturam, sed ad traditionem considerandam fideles adducat. Quæ enim sunt Ecclesiæ, inquit, oportet cum magna diligentia diligere, & apprehēdere veritatis traditionem. Quid enim si de aliqua modica quęstione disceptatio esset, nónne oporteret in antiquissimas Ecclesias recurrere, in quibus Apostoli cōuersati sūt, & ab eis de pręsenti quęstione sumere, quod certū & reliquidum est? Quid enim, si neque Apostoli quidem Scripturas nobis reliquissent; nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quàm tradiderunt eis quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum

Lib. 1. cōtra Cresc. con. cap. 31. 32. 34.

2. Thes.

Acto. 16.

2. Ti. 2.

Li. 3. cap. 4.

eorum qui in Chriſtum credunt ſine charactere vel atramento, ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes. Quibus ſi annunciet aliquis ea quæ ab hæreticis adinuenta ſunt, ſtatim concludentes aures ſuas, longo lõgiùs fugiunt, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium. Apoſtolorum traditionem recentẽ memoria ſemper gerebat Clemens Romanus, & ortam aliquando non modicam diſſenſionem inter Corinthios, traditionis cõmendatione compeſcuit & ſedauit. Ignatius quoque ſingulas Eccleſias monebat, vt diligentiùs ac tenaciùs Apoſtolorum traditionibus inhęrerent, quas cautelę gratia, & ne quid apud poſteros remaneret incerti, etiam ſcriptas aſſerit reliquiſſe. Tertullianus multa recẽſet Scripturis non expreſſa, quæ tamẽ fide recipere & obſeruare Chriſtianus ſit neceſſe. Idem facit Baſilius: Dogmata, inquiens, quæ in Eccleſia prædicantur, quędam habemus è doctrina ſcripto prodita; quędam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorũ vtraque parem vim habent ad pietatẽ. nec his quiſquam cõtradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica, &c. Ex his decreuit Concilium Tridentinum, diuinam veritatem contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus, quas ſe recipere fatetur, tanquam ore tenus à Chriſto & Spiritu ſancto dictatæ fuiſſent, parique cum Scripturis reuerentia & affectu.

Euſeb. li. Eccleſ. hiſt. ca. 6.

Euſeb. li. 3. Eccleſ. hiſt. cap. 36.

Li. de præſe. haret. & de corona militis. Lib. de Spiritu ſanct. cap. 27. Seſs. 6.

Sycophãtas igitur & illuſores mihi agnoſce, quì ſolã Scripturam volunt eſſe iudicem veritatis. Hac enim

enim assertione nihil agunt aliud quàm vt figmẽtis suis per Scripturã apud omnes sacrosanctam concilient authoritatem. quod pulchrũ est enim momus imitatur, ait Clemens Alexãdrinus: vtque clamosis & interminatis disceptationibus, vel de Scripturarum canone, vel earũ interpretatione, dũ pro sua libidine partes altercantur, in incerto semper maneat ad quos sit deferenda palma victoriæ. Quæ enim poterit hæresis exoriri, quæ non audiat sibi coaptare, quòd habeat Spiritũ sãctũ, quod fecerũt Manichæi & Cataphryges? Nunquid enim est hæresis, quæ nõ veritatem se nominet; & quãto est superbior, tanto magis se etiã perfectam nominet veritatẽ, vt & in omnem veritatem se polliceatur introducere? Lutherus certus est habere se è cælo sua dogmata: Nõ minùs effrons Caluinus, momẽtis omnibus præsentissimũ sibi Spiritus sancti numen esse gloriatur: eumque Beza, in cœnæ intelligẽtia Apostolis vel exequat, vel etiã anteponit. Mihi igitur prudenter Tertullianus scripsisse videtur, nihil proficere Scripturarum congressionem, nisi planè vt stomachi quis ineat versionem aut cerebri. Ista enim hæresis non recipit quasdam Scripturas; & si quas recipit, adiectionib⁹ & detractionibus, ad dispositionẽ sui instituti interuertit; & si recipit, nõ recipit integras; & si aliquaten⁹ integras præstat, nihilominus diuersas interpretationes cõmentata, cõuertit. Proinde non admittendos hæreticos censet ad ineundam de Scripturis congressionem, cùm in ipso congressu firmos fatigent, infirmos capiant medios cum scrupulo dimittant. De intelligentia igitur est hæresis, non de Scriptura:

Stromatum li. 7.

In vita Cal. & præf. in Iosua. De præs. hæretic.

Hilar. li. 2. de Tr.

&

& sensus, non sermo fit crimen, dum quod legitur sensui potiùs coaptatur, quàm lectioni sensus obtemperat. Neque enim hæreticis propositum est, veritatem ex Scriptura vel elicere, vel confirmare; sed arrogantiæ æstro acti, cõceptis sibi opinionibus Scripturas seruire volunt, contenti imperitis eas aliqua specie veritatis reddere commendabiles. Extiterunt quidam, ait Hilarius, qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis *suæ* sẽsu, non pro veritatis ipsius absolutione *susciperent*, aliter interpretantes, quàm dictorũ *virtus* postularet: assertionibus enim suis quædã ex *diuinis* voluminibus testimonia subdiderũt, quæ corrupto intelligẽtiæ sensu solis ignorantibus blandiantur, speciemque veritatis secũdùm prauitatẽ interpretantium præstent. Eruditè igitur scripsit Augustinus, hoc agere hæreticos dũ ad Scripturas prouocant, vt omnis de medio Scripturarum auferatur authoritas; & suus cuique animus author sit, *quid* in quaque Scriptura probet vel improbet, *id est, vt* non authoritati Scripturarum subiiciatur, sed sibi Scripturas ipse subiiciat: non vt ideo illi aliquid placeat, quia hoc in sublimi authoritate scriptũ legitur, sed ideo rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Non igitur ex Scriptura pro cuiusque iudicio explicata, vel detorta, sed ex Ecclesiæ sẽsu interpretata, in quã Apostoli, quasi in depositoriũ diues, omnia quę fidei sunt, contulerunt, quęramus veritatem: neque Dei Legem secundùm propriam ingenij intelligentiam legamus vel doceamus, sensum extrinsecus afferentes alienum; sed maiorum vestigia secuti, eam competenter interpretemur.

Lib. 2. de Trinitate.

Lib. 22. cont. Faust. ca.

Iren. li. 3. cap. 4.

Clem. epist. ad Eccles. Hieros.

mur. Quod quia facere contempſerunt qui ab hinc annis ſexaginta fidei regulam peruerterũt, in errores intricatiſsimos abierunt ipſi, alioſque in errores pertraxerunt: meritò peccatorum ſuorũ cæcitate percuſsi. Significauit hoc in Pſalmis Dauid; Fiat, inquiens, menſa eorũ coram ipſis in laqueum, & in retributionem & ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum. Menſa enim Scripturarum ſacrarum, quibus paſcuntur & reficiuntur fidelium intelligentiæ, laqueus eſt illis quo irretiuntur & inuoluuntur in ſuum exitium, mole ſuę incredulitatis in Chriſtum oppreſsi. Ecquid exiſtimabimus niſi hoc Dei flagello percuſſum Politicum, dum Catholicos omnes Scripturę tã imperitos facit, vt ſi ab Hugheno- *Fol. 101. 102.* tis ſcripturæ aculeo ſiue argumento è Scriptura petito, vel Sorbona pungatur, non ei aliud conſilij ſuppetat, quàm vt eos correptos, ad inquiſitionem Hiſpanicam vel Romanam pertrahat, flammis abſumẽdos, vel cruci ſuffigendos? Sed valeat Thraſo glorioſus, ſanguine Catholico potiùs madens & diffluẽs, quàm Scripturæ ſacræ cognitione imbutus: valeat, inquam, cũ profligata hac ſua arrogantia, Romanæ Eccleſiæ, totiuſque Hiſpaniæ, ac celeberrimi Theologorum Lutetiæ collegij, ex quo tot Epiſcopi, & verbi Dei præclariſsimi præcones in omnes orbis prouincias emittuntur, ſuperbus & impudens contemptor. *Pſal. 68.* *Pſal. 34.*

Non

Fol. 100. *Non esse expectandum ab aliqua prouinciali Synodo, authoritate Regis Galliæ vel cuiusquam Principis coacta, de fidei & Scripturarum veritate iudicium: sed ab Apostolica Sede & Ecclesia Catholica, cuius est summa in terra & irrefragabilis authoritas.*

CAPVT XVI.

MAnifestum est quid moliantur qui regia authoritate in Gallia Synodū nationalem celebrari volūt, in qua sedeāt honore multo, fulgentes Theologi, pacis & cōcordiæ studiosi, id est Beza similesque Caluinistæ, scelerū suorum meritò exilijs dānati, patrię perturbatores, ac noui Circūcelliones, momentoque exorti Theologi. Dubio enim procul meditantur hæresum semel regnum stabilire, cōclamare Catholicam fidem, Ecclesiam proterere, euertere Ecclesiasticam hierarchiam, introducere ethnicum ac gentile sacerdotiū. Sed absit à nobis vt hęreditatem, Christi sanguine coëmptam, prodamus, & aduersus vulpium astutiam, aprorumque ferociam, non se muros opponāt, quibus est Ecclesiæ cura demandata. Non est ciuilis potestatis modus, sibi vt authoritatem vsurpet deijs statuendi quę propriè ad institutionē & gubernationem regni Dei pertinent, cuiusmodi sunt, Euangelij prædicatio, oblatio sacrificij, ordinatio & institutio ministrorum Ecclesiæ, rebellium excommunicatio, & constitutio legum, quibus Ecclesia Christi moderanda est & dirigenda, Est enim magistratus ciuilis, Christianus factus, nō doctor, sed discipulus; non pastor sed ouis. Pertinent autem ista ad eos quibus dictum est: Sicut misit me

Ioan. 10.

viuens

viuens Pater, ita & ego mitto vos. Et, Constitues eos principes super omnem terram. quod & ad eorum successores pertinere certum est, quorũ vni dixit Apostolus: Reliqui te Cretę, vt ea quę desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros. *Tit.1.*

In eos igitur magistratus sibi tale quid arrogantes, existimandum est dictum esse, quod Oziæ in superbiam erecto, & volenti adolere incensum, dixit Azarias sacerdos: Non est hoc officij tui, sed sacerdotum, qui cõsecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere ne contempseris, quia nõ reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino statimque orta est lepra in frõte eius, corã sacerdotibus. Hinc Ambrosi⁹ Imperatori; basilicã Arrianis tradi prę- cipienti, constanter respõdit: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale ius habere. Noli te extollere: sed si vis diuti⁹ imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quæ Dei, Deo; quæ Cæsaris, Cęsari. Publicorũ mœnium tibi ius est cõcessum, non sacrorum. Et Nazianzenus, Quid autem, inquit, de vobis dicemus Principes, & in potestate constituti? Iam enim ad vos sermo noster se vertit. Num sermonẽ susciptis liberum Lex Christi vos meæ subiecit potestati, meoque subiecit tribunali, imperamus enim & ipsi; addo, maiori imperio & perfectiori. Aut oportet potiùs vt spiritus subsit carni, cælestia que terrestribus? Suscipe igitur vocem liberiorẽ; scito te esse quem gręgis mei. Vis igitur nosse quorum si muneris de fidei veritate ferre iudicium? His profectò hoc incumbit, cui è medio populi segregati; & tanquã Aaron ad sacerdotiũ assumpti, noua & vetera, *2. Paral. 26.* *Epist.33.* *Orat. ad Imperatorem iratscentem.* *Hebr. 5.* *Mat.13.*

id

id est, vtriusque Testamenti scientiã, è *thesauro* suo proferre, & Domini sui peregrè profecti talẽta cibariáq; conseruis suis ministrare, cælestibus monitis iubentur. Labia sacerdotũ (ait Malachias) custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirẽt, quia Angelus Domini exercituum est. Et legẽ Domini tradidit Moyses sacerdotib⁹ filijs Leui, præcepítque eis, dicẽs: Leges verba legis huius coram omni Israël, audientibus eis: vt audiẽtes discãt, & timeant Dominum. Eiusdem legis præscripto ad sacerdotes spectabat lepræ iudicium, vt intelligamus ad noui Testamenti sacerdotes veræ *falsæ*que doctrinæ pertinere discrimen. Christus *Dominus* non omnibus fidelibus, sed Apostolis, inque *eis*, omnibus vicaria ordinatione succedẽtibus, dixit: Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et quosdam, ait Paulus, dedit Christus Apostolos, quosdã Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, *in* ædificationem corporis Christi, quos oportet exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Ab Ecclesia igitur quã regit illustre & copiosũ corpus sacerdotũ, quam Apostolus columnam & firmamentũ esse veritatis affirmat, cui promisit Christus, quòd portæ inferi, siue à diabolo errores exorti, aduersus eam non præualebunt, petenda est doctrina veritatis, non à pseudoprophetis, non à Principibus, si non fluctuare semper velis, & exiguo momento modò huc, modò illuc impelli, inque diuersa trahi, prout diuersa *erunt* Principum iudicia, vel quisque etiam Princeps religionem mutandam censuerit. Neque iam audiendi

Mala. 2. *Deut. 31.* *Leu. 14.* *Marc. vlt.* *Ephe. 4.* *1. Tim. 3.* *Tit. 1.* *1. Tim. 3.*

diendi ſunt, qui incertũ eſſe volunt in quam Chriſtianorum collectionem Chriſtianæ Eccleſiæ nomen competat, nam quo modo de Chriſto non licet ſuſpendere ſententiam, vt non eũm verum eſſe credas Chriſtum, qui natus de virgine Maria, ſub Pontio Pilato crucifixus & mortuus, tertia die reſurrexit: ita nefas eſt, aliam Eccleſiam agnoſcere, quàm quæ ab vniuerſo orbe, Propheticis & Apoſtolicis literis edocto, Catholicę nomen inter tam multas hæreſes ſola meruit obtinere. Quicunque igitur de ipſo capite Scripturis ſanctis cõſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, nõ ſunt in Eccleſia, quia de Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiũt. Hæc Eccleſia inter omnes hæreſes & hoſtium perſecutiones diuinitus protecta, eadẽ perſeuerat: ex hac omnes olim & etiamnum habiti hæretici exierũt, vt eã Petri reticulo, multitudine piſciũ deſcripto, ſignificatam intelligas. Hæc eundem doctrinæ ſaporem non interruptum retinet, eámque per varios omnium temporum ſcriptores demonſtrat: ac ne illi aliquando præcipitium timeas, ab ea, miſericordia Domini, iuxta Iſaiæ vaticinium, non recedet. Poſtremò (quod primò dictum oportuit) vt Chriſtum etiam in hoc à Patre exauditum manifeſtè videamus, quod rogauit, vt omnes in ſe credituri ſint vnum; hæc Eccleſia vna eſt, quia vni viſibili paſtori à Chriſto ſubiecta, cui multi paſtores & doctores in partem ſollicitudinis adiuncti ſunt à Domino ad Patrem abeunte, vt non circumferamur omni vento doctrinæ, neque ſint in nobis ſchiſmata, ſed idipſum dicamus omnes & credamus.

Aug. de vera relig. cap. 7. & Epiſt. 166.

De vnit. Eccl. c. 4.

Luc. 5.

Cap. 54.

Ioan. 17.

Epheſ. 4.

1. Cor. 1.

credamus. Quæ Ecclesiæ forma in nullis omnino hæresibus inuenitur, vt quæ vel nō vnū agnoscāt, vel certè statim in particulas & concisiones dissipentur, vt in Arrianismo, & Lutheranismo, & Sacramentariorū hæresi, manifestum est. Sunt enim hæretici (Apostolo teste, 1. Tim 3.) seipsos amātes, & gloriæ cupidi, non hoc agentes vt Christo cedatur, sed vt ipsi alijs præcellant, & magistri habeantur. Hinc Paulus Act. 20. Exurgent, ait, ex vobis viri loquentes peruersa, vt abducāt discipulos post se, & sectas introducāt. Intellexit hoc Ireneus, Libr. 1. cap. 30. A Simonia, inquiens, multæ propagines multarū hæresum factæ sunt, eo quòd multi ex ipsis, imò omnes volunt esse doctores, semetipsos adinuentores sententiæ: quamcunque compegerint, enarrantes. Quod autem de vno pastore, vniuersæ Ecclesiæ præposito, iam diximus, cachinno nō excipierent hæretici, si posita peruicacia perpenderent Synagogæ, quæ Catholicæ Ecclesiæ prophetice subseruiuit, ad decori, ordinisque, & concordiæ conseruationem, summum sanctorum præsidem fuisse constitutum, penes quē regendi & sanciendi suprema authoritas resideret. Si difficile (inquit Deut. 17. Dominus) & ambiguum apud te iudiciū esse perspexeris, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus; veniésq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæréque ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, sequeríq; sententiam eorum. Qui autem superbierit, nolens obedire

obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo tuo; ex iudicis decreto morietur homo ille,& auferes malũ de Iſraël:cunctúſq; populus timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Ita prorſus diuinę religionis cultũ,quem in omnes gentes, Dei voluit gratia coruſcare, ſic Domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus inſtituit, vt veritas per Apoſtolicã tubã in ſaluté vniuerſitatis exiret. Sed huius muneris ſacramentum ita Dominus ad omniũ Apoſtolorum officium pertinere voluit,vt in beatiſsimo Petro, Apoſtolorũ ſummo, principaliter collocaret;vt ab ipſo,quaſi quodam capite, dona ſua velut in corp⁹ omne diffunderet;vt ex ortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hunc ſummum Eccleſiæ Pontificatũ Petro promiſit Chriſtus, Tu es,Petrus,inquiens, & ſuper hanc petrã ædificabo *Eccleſiam meã*: Et tibi dabo claues regni cælorũ: & *quodcunque* ligaueris ſuper terram, ligatũ erit & in cælis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cælis. Tradidit verò cùm dixit: Paſce agnos meos,paſce oues meas. Vt autẽ petræ huic ſecurè incumbamus & inhæreamus; Ego,ait, pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando cõuerſus,confirma fratres tuos. Ex quibus efficitur,neque oues eſſe gregis Chriſti,neque in æternũ Dei templum ædificari, neq; ſolui peccatorum vinculis,neque in fide firmari poſſe, qui Petrum paſtorem, gregíſque Chriſti moderatorem non agnoſcunt, eiúſque cathedræ immobiliter non cohærent: vnde neceſſe eſt, eos eſſe ſchiſmaticos, à promiſsis Chriſti alienos, & per erro-

Leo epiſ. 89.

Mat. 16.

Ioan. 21.

Luca 22.

rum deuia præcipites agi. Porrò Ecclesiasticũ Petri principatũ in sedis eius successores Romanos Põtifices deriuari, quemadmodũ & Aaronis Pontificatus ad posteros per generationis tramitẽ cu-

Mat. 16. currit, cõuincit Christi promissio: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Cùm enim tantisper ædificetur Ecclesia, dum numerus electorũ impleatur; intelligendum est, huius petræ ministe-

Ephes. 4. rio, cura, & authoritate, in Christo angulari lapide omnem ædificationem cõstructam crescere, & facere corporis augmentum: & aduersus *inferi* portas Ecclesiam præualere, Pontificiæ Petri Cathedræ, quæ nõ est alia quàm Romana, in qua *Petrus* sedit, firmitate subnixam. Non enim Ecclesiæ quę tunc erat tantummodo, quod cõmodum & necessarium erat, prouidebat Saluator, sed futuræ etiã. Proinde cùm orauit Christus ne Petri fides deficeret, propriè oratus cẽsendus est, ne capitis Ecclesiæ fides deficeret, cuius ministerio *Apostoli*, & eorũ successores Episcopi, cum plebibus *suis*, perpetuis tẽporibus in religione cõfirmarentur. Pari modo quoniã regni cælorum claues, quibus peccata soluuntur & ligantur, non antè vsum amittẽt,

Ioan. 6. quàm cùm erunt omnes docibiles Dei, & erit

Iere. 31. Deus propitius cunctis iniquitatibus nostris; consequens est, ad eosdem Petri successores, clauium regni trãsire possessionem, sicut & cætera quibus ex Euãgelio stabilitus est Petri primatus: quia Ecclesiæ suæ ad finem vsque seculi voluit esse cõsultum. Quod quamuis omnibus sanctissimis Ecclesiæ Catholicæ Patribus sit persuasissimũ, quorum proferendi testimonijs iam nobis est supersedendum;

dum; quia tamen ab aduerſarijs non admittitur, vnius Nicænæ Synodi teſtimonio, cui Synodorũ omnium facilè Politicus tribuit principatum, Sedis Romanæ primatum operæpretium eſt vt confirmemus. Ea igitur ſic habet: Sciendũ eſt ſanè ab omnibus Catholicis, quoniam ſancta Romana Eccleſia nullis Synodicis decretis prælata eſt: ſed Euangelica Domini voce, & Saluatoris noſtri, primatum obtinuit, vbi dixit beato Petro Apoſtolo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum. Et poſt pauca: Prima ergo ſedes, cæleſti beneficio, Romanæ eſt Eccleſiæ, quam beatiſsimi Petrus & Paulus martyrio dedicarũt. Primæ igitur œcumenicæ Synodi teſtimonio, accedẽte etiam omnium Eccleſiæ Doctorum ſuffragio, Eccleſia Romana omnium Eccleſiarũ mater, caput, matrix, & princeps eſt: & indulta Petro prærogatiua, ad ei⁹ quoque ſucceſſores ſpectat, vt, quod Apoſtolis dictum eſt, impleatur: Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationẽ ſeculi. Et illud apud Iſaiam: Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedunt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus. Cùm igitur vniuerſalis Eccleſiæ paſtor ſit Romanus Pontifex, & cõfirmandorum fratrum mandatum & poteſtatem acceperit in Petro: quoties in religione controuerſia exoritur, ſummi Sacerdotis eſt, maturo iudicio adunato nunc quorundam, nunc omnium Sacerdotum cœtu, conſultíſque Scripturis ſacris, & veteris Eccleſiæ traditionibus, errores notare, & rectam, quam ſequi omnes

Fol. 66.

Matth. vlt.

Cap. 59.

Christiani securè debeãt, aperire de fide sententiã, & tanquã diuina oracula venerari. Hinc, enascentibus nouis hæresibus, Romanus Põtifex vel cum paucis communicato cõsilio, vel etiam coacta generali Synodo vbi tempus oportunum affulsit, rebus maturè libratis, semper canones fidei pronunciauit, de quibus iam promulgatis nefarium sit vel dubitare: quod & nostra memoria fecit, cùm ad conficiendam Lutheri & Caluini impiam doctrinam, Tridentinã Synodũ indixit, absoluit, & confirmauit. Quo clarum euadit, mendaciter scripsisse
Fol. 100. Politicum, Papam Romanum, *Concilia generalia* fulguris instar reformidare. Quamuis enim certa
Leo epis. 83. & irrefragabilis sit Sedis Apostolicæ de fide definitio: attamen cùm Apostolicæ Sedis ministerio definita, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmantur assensu, & totius Christiani orbis iudicio recipiuntur, meritò à Deo prodijsse creduntur: ipsaq; veritas, & clariùs reniteſcit, & fortiùs retinetur, dum quę fides priùs docuit, hæc postea examinatio confirmat: vt verè impius & sacrilegus sit, qui, post tot Sacerdotum sentẽtiam, opinioni suæ aliquid tractandũ relinquit. Porrò quanta sit Apostolicæ Sedis & Conciliorum generaliũ authoritas, ostẽdit Leo, ad Synodũ Chalcedonẽsem scri-
Epis. 47. bẽs his verbis: Reiecta penitus audacia disputãdi contra fidem diuinitus inspiratam, vana errantiũ infidelitas conquiescat; nec liceat defendi, quod non liceat credi, cùm secundùm Euangelicas authoritates, secundùm Propheticas voces, Apostolicámque doctrinam, plenissimè & lucidissimè per literas, quas ad beatissimæ memoriæ Flauianum

num Epiſcopum miſimus,fuerit declaratũ,quæ ſit de Sacramẽto incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti,pia & ſincera confeſsio. Et ad Martianum Auguſtũ,Obſecro,inquit, vt in præſenti Synodo, fidem quã beati Patres noſtri ab Apoſtolis traditam prædicarunt,non patiamini quaſi dubiam retractari; & quæ olim maiorum ſunt authoritate damnata, rediuiuis nõ permittatis conatibus excitari:illúdque potiùs iubeatis, vt antiquæ Nicænæ Synodi conſtituta, remota hæreticorũ interpretatione,permaneãt. Vnde ſi qui ſunt,qui ab his quæ cælitus ſunt conſtituta diſſentiunt; ſuis opinionibus relinquantur, & ab vnitate Eccleſiæ, cum ea quam elegere peruerſitate,diſcedant. Ac ne inquirendi ſtudio quis audeat aduerſus Pontificiam & Synodicam cenſuram diſputare,audi vt ille diſputatoris huiuſmodi temeritatẽ reprimat. Cùm, inquit, vniuerſalis Eccleſia per illius principalis petræ ædificationem facta ſit petra, & primus Apoſtolorum beatiſsimus Petrus voce Domini audierit; Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam:quis eſt,niſi aut Antichriſtus,aut diabolus, qui pulſare audeat inexpugnabilẽ veritatem, qui in malitia ſua inconuertibilis perſeuerans,per vaſa iræ, aut ſuæ apta fallaciæ, falſo diligentiæ nomine,dum veritatem ſe mentitur inquirere,mẽdacia deſiderat ſeminare? Ea propter cùm aliquãdo Arrianorum, Eunomianorum, & Macedonianorũ præſidentes, hæreſeos manifeſtè damnati,ad diſputandũ cum Catholicis Epiſcopis cõfidenter proſilirent; prudenter admodũ Theodoſius,vt inutiles diſputationes amoueret, eos interrogauit,

Epiſt.43. *Epiſt.78.* *Epiſt.75.* *Libr. 9. Trip.c.9.*

rogauit, vellémtne sermonẽ facere de antiquis Ecclesiæ doctoribus, qui ante diuisionẽ floruissent; an verò illos velut alienos à Christianismo respuerent. Si verò de Principis non offenderentur doctoribus; Nostrum, inquit, est præbere veterum libros, per quos nostrum dogma, illorũ testimonio roboretur. Atque ita & ab Ecclesiæ Patribus dissentire cõuicti sunt, & inter seipsos in noua commentitiáque sua fide disidere. Eius prudentiam imitatus Martianus Imperator, petiuit in Concilio Chalcedonensi sic fidem nostram effulgere, vt Patrum doctrina declarauit.

In Conc. Calced. act. 1.

Cæterùm ne quis existimet ex Imperatorũ pro Ecclesia Catholica sollicitudine & legibus, cõtrà quàm scripsimus huius capitis initio, Principes sacra tractasse, ac de fidei dogmatibus decernendi sibi authoritatem vendicasse; animaduertendum eos in Synodis non egisse doctores aut iudices, sed legum suarũ terrore aduersus hæreticos *constitisse*: & Sedem Apostolicam omni ope *iuuisse*, vt Synodos cogeret; & coactas propugnasse, ne vlla hostili violentia infestarentur, vtque Synodica decreta omni veneratione, toto Romano imperio probarẽtur. Constantinus enim quo in Nicæna Synodo fuerit gradu, ostẽdit, his verbis Episcopos allocutus. Deus vos cõstituit sacerdotes, & potestatẽ vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur. Et in quadam epistola: Quicquid in sacris Episcoporum Concilijs constitutum fuerit, id ad diuinam est voluntatem referendum. Eximiam quoque laudem promeruit Valentinianus, quòd cùm de Spiritu

Euseb. li. 10. Eccl. hist. c. 2. Theodo. li. 1. Eccl. hist. c. 11. Nicep. li. 11. c. 30.

titu ſacto diſputaretur ab hęreticis, eſſetne Patri & Filio homouſios profitendus, nihil ſiue meli⁹, ſiue deterius, præter ea quæ ſemel Niceæ conſtituta eſſent, ſibi inducendum duxerit. Excedere namque talia exploratione ſiue cognitione ſuam putauit, quamuis Princeps longè optimus eſſet, & rebus ipſis imperio ſe idoneũ declararit. Extat & Theodoſij ſuperiùs citata lex, qua aduerſus Arrianos, iubet cunctos populos Damaſi Romani Pontificis fidẽ de Trinitate ſectari. Denique Martianus; Nos inquit, ad confirmandam fidem, non ad oſtendendam virtutem, exemplo Imperatoris Conſtantini adeſſe Synodo excogitauimus, ne in poſterũ populi multitudo, inſtitutionibus prauis attracta, inueniatur diſſentiens. E diuerſis prouincijs religioſiſsimi Sacerdotes Chalcedonam venerunt iuxta noſtra præcepta: & quid obſeruari in religione debeat, perpiſcua definitione docuerunt. Ceſſet igitur iam profana contentio. Nam verè impius atque ſacrilegus eſt, qui, poſt tot Sacerdotum ſẽtentiam, opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquit. Poſtremò quæ ſint primæ partes officij Imperatoris Chriſtiani, exprimit D. Leo ad Leonem Auguſtum, Debes, inquiens incunctanter aduertere, regiam poteſtatem tibi nõ ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas.

Cod. de ſum. Tri. & fide Cath.

In Syn. Chalced. act. 1.

act. 3.

Epiſt. 75.

His ita conſtitutis, nullo modo mirum videri debet, cõſtantiſsimè à nobis aſſeri, Eccleſiã & religionem Catholicam Romanam non poſſe in du-

bium reuocari, quæ super immobilem petram fundata, aduersus inferorũ portas ad finem vsque seculi insuperabilis consistet. Nõ est ergo nobis cum hæreticis de Ecclesia & religione verbis cõfligendum, neque expectãdum prouinciale Galliæ concilium, ad sarciendam Christianæ Ecclesię vnitatem; quod etiamsi maximè Catholicum foret, vniuersæ tamen Ecclesiæ præscribere non posset: sed si aliquando sibi, & Ecclesiæ totius paci consulere meditabuntur, acquiescant Sedis Apostolicæ decretis; traditionis Ecclesiasticæ authoritatem, ac Conciliorum generalium censuram sequantur: ac quoniam omnis ferè hæresis ex Scriptura perperã interpretata trahit originẽ; ab Ecclesia legitimam genuinamque eius intelligentiam quærat à qua & Scripturarum canonem accepit. Nullam certè mutationem, adiectionem, detractionẽ ve fides Christiana suscipit: sed ab Apostolis integrè & sincerè prædicata, & hucusque in nos incorruptè *transfusa*, perseueranter ac religiosè in finẽ vsque *est* retinenda. In hac Ecclesia quiuis assequi facilè potest quid de Trinitatis & Incarnationis Christi ineffabili mysterio, de numero natura, effectuque Sacramentorum, iustificatione, cæterisque religionis Christianæ membris, sit credendum: quid de *his* ipsis patres nostri non dico proximè ante Lutheri & Caluini tempora, sed ab Apostolicis temporibus continua ætatum serie, senserint & crediderint: vt nihil opus sit mirifica illa Galliæ Synodo, quàm tantis votis Politicus expectat, ad stabiliendam religionis concordiam, & inuestigandam salutis viam, quando ne latum quidem

vn

vnguem ab Ecclesiæ Romanæ iudicio discedi liceat, neque timendum vt vlla generalis Synodus iota vel apicé vnum, in eius fide inuertere vel immutare possit. Quod igitur dixit Leo, nimis iniquũ esse, vt perpaucorum insipientiam, ad coniecturas opinionum, & bella reuocemur, tanquam reparata disceptatione tractandum sit, vtrùm Eutyches impiè senserit: totidem verbis repetere possumus, nimis iniquum esse, vt tanquã reparata disceptatione tractandum sit, cuiusmodi sit fides, & vtrùm Lutherus & Caluinus impiè senserint; in quos iustissimam damnationis sententiam Ecclesia Catholica iam diu pronunciauit. *Epi. 42.*

Omnes sectarij, prophani sũt & improbi, etiamsi cum Catholicis eundem habeant Deum, animamq; immortalem, & rationis participem, atque idem Baptismi sigillum: non autem rectè dicuntur & hi & illi inserti esse eidem radici vel trunco, qui est Christus Iesus. *Fol 31. 69. Fol. 77. 99. 100. 456.*

CAPVT XVII.

ETiamsi scientiæ præsumptione plurimum intumescant, magna tamen cæcitate premuntur, qui nõ intelligunt, Ecclesiam vnam esse, quo modo vnũ est ouile sub eodem pastore cõstitutũ, & vnũ corpus, diuersis quidem constans mẽbris, sed vni capiti cõnexis; vnoque ac eodẽ spiritu viuificatis; & vna ciuitas, ciuibus cõposita sub vno rectore positis, & charitate ciuica sese cõplectentibus, & ijsdẽ legibus placitisque directis. Sicut corp⁹ vnũ est, ait Apostolus, & mẽbra habet multa, vnum tamen corpus sũt: ita & Christus, scilicet cũ corpore suo *1. Cor. 12.*

ſuo, vnum eſt. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati ſumus: vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſollicita ſint membra. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro: quia inuicem eſtis connexi, ſicut in corpore membra cum capite & inter ſe cõnectun-
1. Cor. 10. tur. Et: Vnus panis, & vnum corpus, multi ſumus.
Epheſ. 4. Propterea monet idem Apoſtolus, vt ſuportemus inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpi-
Hebr. 10. ritus in vinculo pacis: Et charitatem fraternitatis diligamus, neque deſeramus collectionẽ noſtram ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, quibus maledi-
Eccli. 2. cit Sapiens: Væ, inquiens, illis, qui perdiderunt ſuſtinentiam. Cùm igitur (teſte Auguſtino) ſchiſma
Quæſt. 1. ex Matth. faciat communionis diſrupta ſocietas; quomodo nõ ſunt ſchiſmatici, qui Chriſtianitatis totius collectioni, dilectione non cohærent: qui Catholicorum ſocietatem oderunt, Eccleſięque concordiam demoliri conantur, vel ab eo rectore, quẽ ſuæ domui paterfamilias præpoſuit, peruicaci rebellione ſeparãtur? Eſt enim Eccleſia (teſte Cypriano) plebs
Lib. 4. epiſt. 9. Sacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens. Audi vt Ioannes ad hanc ſocietatẽ & concordiam
1. Ioan. 1. nos inuitet: Annunciamus, ait, vobis, vt ſocietatem habeatis nobiſcum. Ac, vt ſocietatis huius ſũmam iutelligas dignitatem, ſubiicit: Et ſocietas noſtra
Cypr. de vnit. Eccleſ. ſit cum Patre, & Filio eius Ieſu Chriſto. Quiſquis igitur ab Eccleſia ſegregatus, adulteræ iungitur, à promiſsis Eccleſiæ ſeparatur: nec pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Deum Patrem; qui Eccleſiam non habet

bet matrem. Extra hoc corpus neminem viuificat Spiritus ſanctus neque particeps diuinitatis eſſe poteſt, qui hoſtis eſt vnitatis. Si quis enim (ait Chriſtus) in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittẽt. Atqui in Chriſto capite nõ manere perſpicuũ eſt, qui ab eius corpore diuellitur. Neque gloriari poſſũt ſe Deũ & Chriſtum habere caput, qui vniuerſalis Eccleſię paſtori, quem ille abiens in cęlũ præfecit, & vicaria ſucceſsionis ordinatione ad finẽ vſq; ſeculi gregis ſui curã gerere iuſsit, nõ cohærent. Quis autẽ eſt ſupremus Eccleſię ſub Chriſto vertex, niſi Romanus Põtifex, cuius Eccleſiam, Petri cathedram, & Petri locum, & Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, Cyprianus appellat? cui ſi ſecundùm diuina magiſteria obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo diſsidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet; nemo ſibi placens ac tumens, ſeorſum foris nouam hæreſim conderet. Adhæc quæ deſiderentur in Eccleſiæ Chriſtianæ membris vno verbo abſoluit Apoſtolus: Vnum corpus, inquiens, & vnus ſpiritus: Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma. Cùm igitur ſectarij ab hominum nominibus appellationem ſortiti, non ſint eiuſdem corporis Eccleſiaſtici membra nobiſcum, neque eandem habeant fidem, ex qua iuſtus viuit, quæ accedentibus ad Deum eſt primo in loco neceſſaria; incipienter admodum dicit Politicus, hæreticos cum Catholicis, quibuſcum non habent charitatis neque fidei communionem, eidem radici & trunco, qui eſt Chriſtus Ieſus, eſſe conſortes. Et cùm diuiſus non

Auguſt. epiſt. 50.

Ioan. 15.

Li. 2. epi. 8.

Lib. 4. epiſt. 2.

Lib. 1. epiſt. 3.

Abac. 2.

ſit

Ephes.6. sit Christus, & vnicam habeat Ecclesiam quàm sanctificat; vt exhibeat illam glorioſam, non habentem maculam aut rugam: efficitur, neque remiſsionem peccatorum, neque iuſtificantem gratiam conſequi poſſe hæreticos, extraque omnem ſpem eſſe cæleſtis hæreditatis adeundæ. Proinde non exiſtimet ille, extra Eccleſiam Catholicam poſſe quempiam eſſe bonum virum ac probũ, minimeque profanum. Nõ eſt enim vera ſanctitas, niſi
Pſal.132. in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, in quo mandauit Dominus benedictionem, & vitam vſque in ſeculum. Etſi enim poteſt eſſe viſibilis forma palmitis præter vitem; ſed inuiſibilis forma radicis haberi nõ poteſt, niſi in vite: ſic virtus pietatis inuiſibilis & ſpiritualis, ita in eis non poteſt eſſe quemadmodũ ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore, etiamſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore.

Aug. ſer. 11. de verb. Domini.

Fol. 501. *Oſtenditur Politicus cum Caluiniſtarum cõciliabulo non eſſe in Eccleſia Chriſtiana, ex eo quòd veterum Galliæ Regum pietatem & deuotionem commendat; &* Fol.100. *Ireneum, cum Policarpo, & Athanaſio aſſerit fuiſſe duces animarum ad ſalutem, ſub ignorantiæ & peccati dominio captiuarum.*

CAPVT XVIII.

DEuotio (inquit ille) ac pietas Patrum noſtrorũ (Galliæ Reges & Principes intelligit) ſupra centũ Archiepiſcopatus & Epiſcopatus erexit, ſexcentas Abbatias S. Benedicti & Bernardi: duo millia Prioratuum & quingẽtos, Eccleſias & Capel

pellanias extra omnem numerum; hisque omnibus ampliſsimos prouentus adiecit: eratque tum præcipuæ ſanctitatis, opes liberaliter in Clerum conferre. Si verè Deo deuoti, religioſi, Chriſtiique cultores fuêre Galliæ Principes cum ſibi cohærente populo, qui Eccleſias & altaria erexerũt, Sacerdotes ad ſacrificandum Deo, & gregem fidelẽ verbo Dei paſcẽdũ fouerũt & monaſteria cõdiderũt: neceſſe eſt igitur, Caluiniſtas & Hughenotos à veræ Eccleſiæ gremio, & ſincera religione excidiſſe, quibus magnæ curæ eſt Eccleſias noſtras prophanare, altaria ſuffodere, ſacrificium corporis & ſanguinis *Domini* proculcare, Eccleſiarũ & monaſteriorum opes diripere; & quotidianus lud⁹ perſequi ad necem, & monachos & ſacerdotes. At ſi, vt ſchiſmatis & hæreſis probrum & inuidiam humeris ſuis excutiant, Reges illos orthodoxos, infideles *fuiſſe & ſuperſtitioſos* aſſerere audebunt, dicant à *qua tandem Eccleſia* Chriſtiana, quæ ante mille annos, *vel certè* ante Lutherum extiterit, quibúſve progenitoribus, ipſi profluxerint, à quibus religionem & Dei colendi ritum acceperint, quem profitentur. At quia nihil cum ratione comminiſci poſſunt, nihilque præter ſuæ nouitatis infamiam præ ſe ferunt, vt non immeritò velut fungi momẽto è terra manifeſtati ab Irenęo dicantur; nimisque blaſphemum eſt dicere, Gallicanam Eccleſiam, in qua Dionyſij Areopagitę, Irenęi, Hilarij, aliorumque ſine numero ſanctiſsimorum Antiſtitum, & Caroli Magni ac Ludouici Pij, religioſiſsimorum Imperatorum, mirificè fides pietasque fulſit, nunquam verè Chriſtianiſmo fuiſſe imbutam: *Li. 1. cap. 33.*

ſuper

supereſt vt illos ſine Deo, ſine fide & Eccleſia, eſſe dicamus, & Antichriſto præcurrere, qui ſubſeculi finem iuge ſacrificium eſt impijſsimè ſublaturus. Quoniam enim in perpetuā Chriſti memoriam, in ſalutis teſſerā, & ad nos Deo conciliandos, hoc ſacrificium eſt inſtitutum; Diabolus, cuius ſtudiū eſt animis noſtris Chriſtū eripere, & à mutua nos charitate diſtrahere, & à ſalute excludere, quos hactenus per hæreſim (vt nihil iā de infidelibus dicam) contra Eccleſiam armauit, ferè in Euchariſtiā aut legitimum eius miniſterium fecit aliquid tentare, idque ſemper faciet vſque ad *Antichriſtum*, Donatiſtæ certè in hoc ſacrilegij genere *inſigni-*
Lib. 6. ter impietatem ſuam exercuerunt. Quid enim (ait Optatus Mileuitanus, grauiſsimus author) tam nefariū, quàm altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frāgere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt? *quò* poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus? *Altaria, in-*quā, in quibus fraternitatis munera non *iuſsit* Saluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. Quid eſt altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti? Quid vos offēderat Chriſtus, cuius corpus & ſanguis ibi habitabat? Hoc modo Iudæos eſtis imitati. Illi iniecerunt manus Chriſto in cruce; à vo*bis* percuſſus eſt in altari. Emerūt calices in vſus *ſuos*
Epiſt. 70. 71. 72. ſordidæ mulieres, &c. Baſilius quoque Arrianorū impietatē hoc modo luget: In luctum mutatæ ſunt ſolennitates, domus precationum clauſæ, altaria cultu ſpiritali vacant: nulli Chriſtianorū cœtus & doctorū præſidentia: ceſſarunt doctrinæ ſalutares, feſtiui cōuētus, hymnodiæ nocturnæ: nec ſuperest

beata

beata illa exultatio, qua Domino credentiũ animæ in Synaxi exhilarantur. Eadem videre eſt & apud Nazianzenum, & quidem paulo antea ſanctum Antonium Eremitã in viſu docuerat Spiritus ſanctus, quàm infenſi Eccleſijs & ſacroſancto ſacrificio futuri eſſent Arriani, & inſigniorum ſectarum hæretici. Priuſquam enim ſub Conſtantio Arriani Eccleſijs regendis primas obtinerent, in ſomnis ſibi viſus eſt videre, mulos cum impetu in ſanctius ſacrariũ inferri, atque ibi ſalientes, calcibúſque ſe petentes, ſacram menſam euertere. Cùm autẽ euigilaſſet, ſomnium id retulit & expoſuit: futurum ſcilicet, vt adulterinorum mõſtroſorũmque dogmatum cõfuſio Eccleſiam Dei occuparet, & alienæ doctrinæ aſſertorum inſultus ſacram peſſundaret menſam. Neque aliunde de ſui temporis hæreticis cõqueri videtur Helias: Domine, inquiens, altaria tua ſuffoderunt, dereliquerunt pactum Domini *Dei Iſraël*, & Prophetas tuos occiderũt gladio. *Implent* ergo Caluiniſtæ menſuram patrum ſuorum, ſeque Arrianorum & Donatiſtarum filios & hæredes agnoſcunt, dum euertendo ſemel ſacrificio tam gnauiter incumbunt: tanto illis ſceleratiores, quòd cum ipſo ſacrificio omnem quoque ſacrificij fidem conantur abrogare: neque enim illi ſacrificij & corporis Chriſti in Euchariſtia veritatem negauerunt. Proinde ſi ſacrificij tollendi in his Europæ regionibus à Deo irato facultas aliquando concederetur hæreticis, auferri tum à nobis regnum Dei certò nobis perſuadeamus neceſſe eſt, quando ſine Sacerdotio & ſacrificio conſtare Eccleſia non poteſt.

Orat. de Arrianis & ſeipſo.

Niceph. lib. 10. cap. vlt.

3. Reg. 19.

Iam verò & inde cõuincuntur isti Ecclesiæ sanctæ septis excluſi, quòd fatentur Polycarpum, Irenæum, & Athanasium, duces fuisse animarum ad salutem, sub ignorantię & peccati dominio captiuarũ. Isti enim sanctissimi Episcopi, gregi Christi in Ecclesia Catholica præsederũt, & cum Romano Pontifice arctissimam cõmunionem retinuerunt, eiúsque sedem honore debito sunt prosecuti.

Hiero. in Catal Euseb. li. 5. c. 24. Polycarpus enim Smyrnæ Episcopus, & totius Asiæ Princeps, & Apostolorum auditor, Aniceto Episcopatum administrãte Romam venit, & tum de alijs rebus, de quibus inter se *discrepabant*, tum de festo Paschatis cum eo cõtulit. Sui enim *officij* esse existimauit, aut Põtifici Romano obedire, aut illi satisfacere, vt cum eo cõmunionem retineret.

Libr. 3. c. 3. & 4. Irenæus verò ad Ecclesiam Romanã propter potentiorem principalitatem omnẽ Ecclesiam conuenire iubet in qua semper conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio: & eius authoritate *confundit* omnes qui quoquo modo colligunt *præterquam* oportet. Deinde à Petro deducens Pontificum Romanorum seriem vsque ad duodecimũ ætatis suæ Eleutherium: Hac, inquit, ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis traditio, veritatísque prædicatio, peruenit vsque ad nos: & est plenissima hæc ostensio, vnam & eandem *viuificatricem* fidẽ esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis vsque nunc est conseruata & tradita in veritate. Adhæc Athanasij & Catholicorum in Ægypto Episcoporũ est huiusmodi ad Marcum Papã *oratio*: Domino sancto, & Apostolici culminis *venerãdo* Marco, sãctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis,

atque

atq; vniuerſalis Eccleſiæ Papæ: Optamus vt à veſtræ ſanctæ ſedis authoritate, quæ eſt caput & mater omnium Eccleſiarũ, Nicæni Concilij capitula, ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorũ, percipere mereamur. Marcus eis reſpondens, eundem epiſtolæ ſuæ titulum præfixit, adiecítque, ſanctam & Apoſtolicã Eccleſiam, omniũ Eccleſiarum matrẽ, à tramite Apoſtolicæ traditionis erraſſe nunquam, neque hæreticorũ nouitatibus ſuccubuiſſe: ſed vt in exordio normam Chriſtianæ fidei percepit, ab authoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti principibus, manere illibatã, ſecundùm diuinã Saluatoris pollicitationem, qui Apoſtolorũ principi dixit: Petre, ecce Satan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos. Quoniã igitur diuina authoritate, totius Eccleſiæ fundamentum factus eſt Petrus, & fratrum confirmator inſtitutus; propterea, ne in poſterum quidem vnquam Romana Eccleſia à tramite Apoſtolicæ traditionis aberrabit, neque hæreticorum nouitatibus ſuccumbet: quia ſicut permanet quod in Chriſto Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Chriſtus inſtituit. Inſtituit autẽ quid aliud, quàm in eius cathedra perpetuũ Eccleſiæ Catholicæ principatum. Doleant igitur iſti, ſe in eandẽ cum Irenæo, Polycarpo, Athanaſioq; Eccleſiam non concurrere, in qua illi duces animarũ ad ſaluté extitere, vt ignorantiæ vincula, & peccati dominium ceruicibus ſuis excutiant: & cum ſanctis Galliæ Regibus, qui incredibili fidei feruore Eccleſiã mirabiliter

Luce 22.

Leo ſer. 2. de aſſumpt.

Propugnauerũt, déque re Christiana præclarissimè meruerũt, in religione consentientes, in Catholicæ Ecclesiæ sinum postliminio reuertantur, pares cum illis in cælo coronas adepturi.

Impiè suaderi, opes Ecclesiarũ in regium fiscum redigi ad subleuãdum populum tributis immoderatiùs grauatũ.

CAPVT XIX.

INgenioſi admodũ ſunt hæretici, ad exaggerandum opum Eccleſiaſticarum abuſum; & vt Eccleſijs adimantur, vehementer contendunt: quaſi verò vel propter nonnullorum intemperantiam aut cupiditatem, quæ ſanctiſsimè conceſſæ ſunt, inque ſacroſanctum Eccleſiæ miniſterium impenduntur, perire par ſit: vel ſi in eorum poteſtatẽ venirent, eis religioſiùs vterentur. Inſigne porrò ſacrilegæ libidini ſuæ pietatis velamen obtendunt, cùm ſuadent Eccleſiarum opes in fiſcum & rationes regias reuocari, ad leuãdum populi ex immoderatioribus tributis grauamen. Ita etiam Iudam
Ioan. 12. Iſcariotem offendebat vnguẽti in caput Dominicum effuſi iactura, maluiſſetque illud trecentis denarijs venire, & dari pauperibus, cùm alioqui nulla eum angeret pauperum cura, ſed Domini loculos geſtans fur eſſet & latro. Perinde hæretici de populo ſubleuãdo non laborant, quorum maleficijs improbiſque conſilijs ſibi in dies calamitatem accerſit: ſed immodicè Eccleſiarũ & monaſteriorum ſitiunt opes, & quoties opportunum eſt, expilant, xenodochijs etiam non parcentes; vt teſtatiſſimum omnibus faciant, quantam gerant pauperum curam, & miſerorum calamitatibus indoleãt

Vellen-

Vellent præterea ad extremam inopiam redactas Ecclesias: vt hac ratione ministris destitutæ, facilius suæ tyrãnidi pateant, & rerum, quod ambiunt vnicè, soli potiantur. Cæterùm aduersus rapaces istos fures nobis patrocinatur Apostolus, docens Ecclesiæ ministris deberi vitæ subsidia, vnde decorè ac pro dignitate viuant; ac duplici quidem honore, id est, amplioribus stipendijs dignos dicit presbyteros, qui laborant in verbo & doctrina. Quis, inquit, militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructibus eius nõ edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Scriptum est enim in Lege: Non alligabis os boui trituranti. Quæ propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare. Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario seruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Hanc legem secuti Apostolorum temporibus primi Christiani, quotquot possessores agrorum aut domorũ erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebantur, & ponebant ante pedes Apostolorũ. Diuidebatur autẽ singulis prout cuique opus erat. Videtes autẽ summi Sacerdotes & reliqui confideles, plus vtilitatis posse offerre, si hæreditates & agros quos vendebant, Ecclesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderẽt, eo quòd ex sumptibus eorũ, tã præsentibus quàm futuris temporibus, plura & elegãtoria possent ministrare fidelibus, cõmunem vitam agentibus, quàm ex pre-

1. *Tim.* 5. 1. *Cor.* 9. *Vrbanus Ep. de rerum commutatione. Act.* 4. & 2.

propagauerũt, déque re Christiana præclarissimè sunt meriti, in religione consentientes, in Catholicæ Ecclesiæ sinum postliminio reuertantur, pares cum illis in cælo coronas adepturi.

Fol. 89. *Impiè suaderi, opes Ecclesiarũ in regium fiscum redigi ad subleuãdum populum tributis immoderatiùs grauatũ.*

CAPVT XIX.

INgenioſi admodũ ſunt hæretici, ad exaggerandum opum Eccleſiaſticarum abuſum; & vt Eccleſijs adimantur, vehementer contendunt: quaſi verò vel propter nonnullorum intemperantiam aut cupiditatem, quæ ſanctiſsimè conceſſæ ſunt, inque ſacroſanctum Eccleſiæ miniſteriũ impenduntur, perire par ſit: vel ſi in eorum poteſtatẽ venirent, eis religioſiùs vterentur. Inſigne porrò ſacrilegæ libidini ſuæ pietatis velamen obtendunt, cùm ſuadent Eccleſiarum opes in fiſcum & rationes regias reuocari, ad leuãdum populi ex *immoderatioribus* tributis grauamen. Ita etiam *Iudam*

Ioan. 12. Iſcariotem offendebat vnguẽti in caput Dominicum effuſi iactura, maluiſſetque illud trecentis denarijs venire, & dari pauperibus, cùm alioqui nulla eum angeret pauperum cura, ſed Domini loculos geſtans fur eſſet & latro. Perinde hæretici de populo ſubleuãdo non laborant, quorum maleficijs improbiſque conſilijs ſibi in dies calamitatem accerſit: ſed immodicè Eccleſiarũ & monaſteriorum ſitiunt opes, & quoties opportunum eſt, expilant, xenodochijs etiam non parcentes; vt teſtatiſſimum omnibus faciant, quantam gerant pauperum curam, & miſerorum calamitatibus indoleãt

Vellen

Vellent præterea ad extremam inopiam redactas Eccleſias: vt hac ratione miniſtris deſtitutæ, facilius ſuæ tyrãnidi pateant, & rerum, quod ambiunt vnicè, ſoli potiantur. Cæterùm aduerſus rapaces iſtos fures nobis patrocinatur Apoſtolus, docens Eccleſiæ miniſtris deberi vitæ ſubſidia, vnde decorè ac pro dignitate viuant; ac duplici quidem honore, id eſt, amplioribus ſtipendijs dignos dicit presbyteros, qui laborant in verbo & doctrina. *1. Tim. 5.* Quis, inquit, militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis *1. Cor. 9.* plantat vineam, & de fructibus eius nõ edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Scriptum eſt enim in Lege: Non alligabis os boui trituranti. Quæ propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe, qui arat, arare. Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? & qui altario ſeruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Hanc legem ſecuti Apoſtolorum temporibus primi Chriſtiani, quotquot poſſeſſores agrorum aut domorũ erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebantur, & ponebant ante pedes Apoſtolorũ. Diuidebatur autẽ ſingulis prout cuique opus erat. Videtes autẽ ſummi Sacerdotes & reliqui confideles, plus vtilitatis poſſe offerre, ſi hæreditates & agros quos vendebant, Eccleſijs, quibus præſidebant Epiſcopi, traderẽt, eo quòd ex ſumptibus eorũ, tã præſentibus quàm futuris temporibus, plura & elegãtoria poſſent miniſtrare fidelibus, cõmunem vitam agentibus, quàm ex pre-

Vrbanus Ep. de rerum communione. Act. 4. & 2.

tio eorũ: cœperunt prædia & agros, quos vendere solebãt, matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorũ viuere. Ipsæ enim res fideliũ oblationes appellãtur, quia Domino offeruntur. Nõ ergo debent in alijs vsibus quàm Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorũ fratrũ, vel indigentiũ, conuerti: quia vota sunt fideliũ, & pretia peccatorũ, ac patrimonia pauperum. Si quis autem secus egerit, videat ne damnationẽ Ananiæ & Saphiræ percipiat, vt reus sacrilegij efficiatur, *sicut illi fuerunt*, qui pretia prædictarũ rerum fraudabant. *Hæc fratres valde timẽda sunt & cauenda, quia res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt cõmunes & Domino* oblatæ, cum summo timore nõ in alios quàm præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegij reatum incurrant qui eas inde abstrahunt, quò traditæ sunt, ne pœnã & mortẽ Saphiræ incurrãt; &, quod peius est, anathema fiant, & in profundũ *barathri* labantur. Vnde attendendũ & fide*liter* custodiendum, & illius vsurpationis cõtumelia depellenda, ne prædia vsibus decretorum cælestium dicata, à quibusquam irruentibus vexentur. Cæterùm prædones isti, nec Ananiæ & Saphiræ supplicio, nec anathematis aut barathri metu mouentur, vt non inuolẽt, quoties res tulerit, in Ecclesiarum opes, malintque aleæ, ganeæve, imò & hæresi fuæ promouendæ eas consecrare, quàm quò decretis cælestibus sunt destinatæ. At verò Constantinus Magnus, Christianismo initiatus, cùm Ecclesias cõstitueret, Ecclesijs prædia attribuit, & ex *cuiusque* vrbis prouentibus, toti clero quantum ad vitã tolerandam satis esset, rerũ necessariarum cõtulit, eámque

Actor. 5.

Niceph. li. 10. c. 5.

eámque rem ſanctione legis confirmauit. Et deinceps viri religioſiſsimi poſſeſsiones & prædia Domino cõſecrarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per ciuitates ac monaſteria innumera, in quib⁹ cœtus Domino ſeruientium conueniret. Denique Reges & præſides ac magiſtratus propria largiti ſunt per vniuerſa regna terrarum, vnde alerentur ẽgentes, Eccleſiæque fabricarentur atque reſtaurarentur, Deoque & Eccleſiæ eius ritè famulantibus ſeruíſque illius ſuppleméta (vt abſq; neceſsitate eſſent) tribuerentur: vt hæc accipiẽtes poſſent ſecundùm monita Apoſtoli, facere orationes, obſecrationes, *1. Tim. 2.* gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam habeant. Cæterùm Iulianus vt ſuum in Eccleſiam odium ad excidium eius conuerteret, & cum Sacerdotio ſacrificium etiam ſemel abrogaret, annonam & immunitatem quam Conſtantinus pro ſua erga Deum obſeruantia cleticis conceſſerat, ademit, & in publicos prouentus retulit. Iouinianus verò eius ſucceſſor, experientia edoctus diuina vindicta Iulianũ grauibus eſſe malis afflictũ, iura priſtina Eccleſijs reddidit: & quæcunque clero, viduis & virginibus dudum à Conſtantino, & filijs eius diuini cultus augendi gratia conceſſa, legibúſque firmata, à Iuliano autẽ peſsimo conſilio adempta & acciſa fuerant, priuilegia & beneficia reſtituit. Quòd ſi decimę, primitiæ, aliáq; eiuſmodi, veteri Sacerdotio debebãtur; quanto magis Chriſtiano, quod tãto eſt illo ſublimius, quanto vmbræ veritas antecellit? Hinc Ori- *Niceph. lib. 10. cap. 39.*

Hom. 11. in Num. genes, Indecens, inquit,& indignum existimo & impium, vt is qui Deũ colit, & ingreditur Ecclesiam Dei;qui scit Sacerdotes & ministros assistere altari, & aut verbo Dei, aut ministerio Ecclesiæ deseruire, vt de fructibus quos dat Deus, solem suum producendo,& pluuias suas ministrãdo,non offerat primitias Sacerdotibus. Non enim videtur huiusmodi anima habere memoriam Dei, nec cogitare,nec credere, quia Deꝰ dederit fructus quos cepit.Et Augustinus,Decimæ,ait,ex debito requiruntur:& qui eas dare noluerit, res alienas inuasit. *Ser. 219. de temp.* In eandem sententiam scribit & *Hom. 43.* Chrysostomus, in priorem ad Corinthios epistolam. Scribit etiã Prosper Aquitanicus, Paulinum Nolanum Episcopum, qui ingentia prædia sua pauperibus erogauerat, non contempsisse tamen Ecclesiæ facultates:Et Hilarium Arelatensem antistitem, qui & ipse omnia bona sua aut parentibus reliquerat, aut vendita pauperibus contulerat, quod illa *tunc* habebat Ecclesia non solùm possedisse, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliasse.Isti ergo tam sancti, tam perfecti Pontifices,factis euidentibus clamãt, posse & debere fieri, quod fecerunt. Palàm est itaque in Harpyias istas Caluinisticas, libidini militari, & hæreticorum inexplebili cupiditati committentes Ecclesiarum facultates, transfusum esse Iuliani apostatæ sacrilegi spiritum;vt non minori atque illum,odij & maleuolentiæ œstro in Christi & Ecclesiæ gloriam,agitari eas existimemus. *Lib. 2. de vita cõt. cap. 9.*

Religiosæ

Religioſæ pietatis magniq; apud Deum meriti opus eſſe, Eccleſiarum decori & ornamento ſtudere. Fol. 228.

CAPVT XX.

NAtura duce videntur gentiles inducti, vt deos ſuos eisque dicata templa exornarẽt, omnique magnificentia, excolerẽt. Et Romani quidem cùm Apollini Delphico excellẽs munus communi conſilio conſecrandum cenſuiſſent; matronæ Romanæ omnem mundum ſuum aureum in illud contulerunt. Neque hîc alia admiſſa eſt impietas quàm quòd non vero Deo, ſed diabolo ſacrificarunt. Alioquin quanto ſumptu, tabernaculi veteris inſtrumentum, Moyſi præceperit Deus inſtrui, docet Exodus: & quàm fuerit accepta Deo Dauidis deuotio, in templi ædificationem neceſſaria quæque præparantis; & Salomonis pietas indefeſſusque labor, quo in hoc opus etiã ex remotiſsimis orbis plagis ligna, aurum, gemmas iuſsit conuehi, hiſtoria Regum ſacra luculentè teſtatur. Multo igitur impenſiore cura, teſtamento nouo affulgente, in quo Dei chariſmata in nos vberiùs exuberant baſilicas diuino nomini cultuique conſecratas, par eſt vt exornemus & veneremur. Non pluris quidem facit Deus aurum quàm lutum, (bonorum enim noſtrorum non eget) at pietate noſtra delectatur, vultque de noſtra ſubſtãtia honorari, ac prõptitudine & liberalitate volũtatis coli, qui à Moſe nõ niſi à voluntarijs quibuſque voluit accipi, quę ad tabernaculi ſtructurã pertinerent. Qui igitur in baſilicas ſua largiuntur, Deo omniũ authori & largitori dãt grati animi ſignificationẽ, dicentes. Quę

Pſal. 15. *Proue. 3.* *Exod. 35.* *1. Paral. 29.*

de manu tua accepimus, dedimus tibi Domine, rerumque præstantium oblatione, agnoscere se testãtur, creatoris magnitudinem, claritatẽ, potentiã, in rebus conditis relucentẽ. Atque ita quæ per seſe Deo sunt vilia, fides efficit pretiosa. Oculi enim Domini respiciunt fidẽ. Adhęc Apostolus tabernaculum dicit exẽplar esse cęlestiũ: multo autẽ perfectiùs regni cęlorũ figuram gerũt Ecclesiæ Christianorũ, in quibus est Christus corporaliter & sãctorũ reliquiæ cũ Domino regnantiũ. Atqui Christus, ad dexterã Patris residens, in cælo beatis spiritibus propalã gloriã suam manifestat, & eosdem ineffabili modo glorię suę efficit participes, gloriaque & honore coronat. Est igitur æquissimum, Christi Domini & sanctorũ eius, gloriã, claritatem virtutem, sapientiam, auro & argento, gemmisque pretiosis repræsentari, quando virtutes sanctorum, quibus ęternę glorię merces reponitur, aurũ & argentũ, lapidesque pretiosos dicere disertis *verbis* nõ dubitauit Apostolus. Et hęc dũ faciunt fideles, & ornatas basilicas contẽplantur, subit eos gloriæ Christi & sãctorũ eius memoria, inque eius laudes alacriùs assurgũt, orãt feruentiùs, & ad Dei & beatorũ spirituũ consortium ardentiori impetu mentis concitantur. Est sanè humanæ infirmitatis modus, vt quia corporea mole prẽgrauatur, neq; diuinitatis luce perfectè colluſtratur, externa rerũ specie ad veritatẽ perspiciẽdã, Deóque charitate cohærendũ, vehemẽter adiuuetur. Intellexit hoc septima Synodus œcumenica, in qua actione sexta, sub finem hæc leguntur: Sancta Dei Catholica Ecclesia, ad pœnitentiam & cognitionem obseruationis

Leo ser. 6. de Quadra. Ierem. 5. Hebr. 9.

1. Cor. 5.

tionis mandatorum Dei, omnes ſenſus noſtros trahit, & ad gloriam Dei agnoſcēdam ſtudet nos deducere; non modò per auditū, ſed & per viſum, morum correctionem moliri cupiēs. Hinc D. Leo rationabile, & quodammodo religioſum ſcribit videri, per diem feſtum in veſtitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatē mentis oſtēdere, ipſam quoque orationis domum propenſiore tunc cura, & ampliore cultu, quantum poſſumus, adornare, vt anima Chriſtiana, quę verū viuumque Dei templum eſt, ſpeciem ſuā prudenter exornare moneatur, & prouidere ne interiora hominis aliquorū ſordeant contaminatione vitiorum. Locus iam poſtulat vt inueterataæ huius conſuetudinis vſum fuiſſe celebertimum, calumniatoribus confirmemus. Tantā fuiſſe pietatē & largitionem fidelium, etiam dum atrox in Chriſtianos perſecutio ferueret, vt etiam pretioſiſsima ſupellectilia Eccleſijs ex ea acquirerentur, hiſtoriæ, omnes teſtantur: & Auguſtinus ſcribit, Diocletiani tempore qui grauiſsimè Chriſtianos afflixit, fuiſſe in Eccleſijs Africanis, lucernas argenteas, aliaque vaſa, eodem metallo conflata. Eſt & apud Prudentium huiuſmodi ad diuum Laurentium vrbis præfecti oratio.

Serm. 3. in Quadrag.

Epi. 165.

In hymno de S. Laurentio.

Hunc eſſe veſtris Orgijs
Moremque & artem proditum eſt
Hanc diſciplinam fœderis
Libent vt auro Antiſtites.
Argenteis ſciphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem:

Au

Auróque nocturnis sacris
Astare fixos cereos.
Tunc summa cura est fratribus;
Vt sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sestertiorum millia.

Li. 1. cõt. Parm. In edict.

Erant, inquit Optatus Mileuitanus, Ecclesiæ Carthaginensi ex auro & argento quàm plurima ornamenta. Construximus, ait Cõstantinus Magnus, Ecclesias beatorum Petri & Pauli primorum Apostolorum, quas auro & argento locupletauimus, vbi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipsorum ex electro construximus, & crucem ex auro purissimo & gemmis pretiosissimis, per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. D. Hieronymus Vigilantium acriter arguit, Christianos irridentem, quod sanctorum reliquias auro & argẽto exornarent: Dolet, inquit, Vigilantius, martyrum reliquias pretioso operiri velamine. Ergo sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt. Sacrilegus & nunc Arcadius, qui ossa sancti Samuelis lõgo post tẽpore de Iudæa trãstulit in Thraciam. Omnes Episcopi non solùm sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerũt. Idem præclarè Nepotianũ cõmendat, quòd Ecclesiarum nitori totus incumberet, & basilicas martyrumque conciliabula diuersis floribus & arborum comis, vitiúmque pampinis, adumbraret. Ne quis verò parum solida

Ad Heliodorũ.

pieta

pietate niti hunc colendi Dei ritum existimet; seruandum, Theodorum quendam presbyteru sacrorum donariorum custodem in Ecclesia Antiochena, elegisse crudeles cruciatus, ac postremo mortem ipsa perpeti, potius quàm permagni pretij mũdum atque ornatum eius Ecclesiæ tradere, & imperialibus thesauris inferre. Auctor est Victor Vticensis, eadem supplicia passos in Africa Domini Sacerdotes, quod ministeria diuina, librosque sacros, impijs prodere recusarent. Habent autem Caluiniſtæ nostri Ecclesiarum profanatores, & sacrorũ thesaurorũ prædones, impietatis suæ patres, Nabuchodonozor, & Antiochũ Epiphanem, Hierosolymitani templi violatores; ac deinde Iulianum apostatam, qui Christi Domini acerbissimus persecutor, sacrilegijs suis blasphemã hanc vocem adiecit: En qualibus vasis sacrificant Nazaræi Mariæ filio: & Arrianos, de quibus Nicephorus & Victor, luculentam texunt historiã: ac postremò Donatistas, teste D. Augustino epistola quinquagesima, & lib. 3. contra Crescon. ca. 27. Cęterùm prætermittendum non est, quòd si sacrilegorũ impietatẽ subinde tolerauit Deus, expectans patienter vt pœnitentiæ beneficio salutẽ perditã repararent exeruisse tamen nonnunquam iustæ vindictæ flagella in eos qui suo cultui dicata violassẽt. Balthazar enim cum temulentus in vasis quæ pater eius è tẽplo Hierosolymitano asportauerat. cum amicis & concubinis suis petulanter bibisset, ipsa nocte Angeli manu percussus, crudeli morte occubuit. Heliodorus quoque angelorum manibus acerrimè flagellatus, docuit nõ impunè abire irrogatã templis

Li. 1. per-secut. Vandal.

4. Reg. 25. 1. Mach. 1.

Theodo. li. 3. cap. 12. Li. 10. ca. 5. 7. Victor li. 1.

Danie. 5.

Ambr. ad virg. lapſ. ca 8. 2. Mac. 3.

Auróque nocturnis sacris
Astare fixos cereos.
Tunc summa cura est fratribus,
Vt sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sestertiorum millia.

Li. 1. cõt. Parm. In edict.

Erant, inquit Optatus Mileuitanus, Ecclesiæ Carthaginensi ex auro & argento quàm plurima ornamenta. Construximus, ait Cõstantinus Magnus, Ecclesias beatorum Petri & Pauli primorum Apostolorum, quas auro & argento locupletauimus, vbi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipsorum ex electro construximus, & crucem ex auro purissimo & gemmis pretiosissimis, per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. D. Hieronymus Vigilantium acriter arguit, Christianos irridentem, quod sanctorum reliquias auro & argẽto exornarent: Dolet, inquit, Vigilantius, martyrum reliquias pretioso operiri velamine. Ergo sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt. Sacrilegus & nunc Arcadius, qui ossa sancti Samuelis lõgo post tẽpore de Iudæa trãstulit in Thraciam. Omnes Episcopi non solùm sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerũt. Idem præclarè Nepotianũ cõmendat, quòd Ecclesiarum nitori totus incumberet, & basilicas martyrumque conciliabula diuersis floribus & arborum comis, vitiúmque pampinis, adumbraret. Ne quis verò parum solida pieta

Ad Heliodorũ.

pietate niti hunc colendi Dei ritum existimet; obseruandum, Theodorum quendam presbyterum, sacrorum donariorum custodem in Ecclesia Antiochena, elegisse crudeles cruciatus, ac postremò mortem ipsa perpeti, potiùs quàm permagni pretij mũdum atque ornatum eius Ecclesiæ tradere, & imperialibus thesauris inferre. Auctor est Victor Vticensis, eadem supplicia passos in Africa Domini Sacerdotes, quod ministeria diuina, librosque sacros, impijs prodere recusarent. Habent autem Caluinistæ nostri Ecclesiarum profanatores, & sacrorũ thesaurorũ prædones, impietatis suæ patres, Nabuchodonozor, & Antiochũ Epiphanem, Hierosolymitani templi violatores; ac deinde Iulianum apostatam, qui Christi Domini acerbissimus persecutor, sacrilegijs suis blasphemã hanc vocem adiecit: En qualibus vasis sacrificant Nazaræi Mariæ filio: & Arrianos, de quibus Nicephorus & Victor, luculentam texunt historiã: ac postremò Donatistas, teste D. Augustino epistola quinquagesima, & lib. 3. contra Crescon. ca. 27. Cęterùm prætermittendum non est, quòd si sacrilegorũ impietatẽ subinde tolerauit Deus, expectans patienter vt pœnitentiæ beneficio salutẽ perditã repararent exeruisse tamen nonnunquam iustæ vindictæ flagella in eos qui suo cultui dicata violassẽt. Balthazar enim cum temulentus in vasis quæ pater eius è tẽplo Hierosolymitano asportauerat. cum amicis & concubinis suis petulanter bibisset, ipsa nocte Angeli manu percussus, crudeli morte occubuit. Heliodorus quoque angelorum manibus acerrimè flagellatus, docuit nõ impunè abire irrogatã templis

Nicepho. li. 10. cap. 7.

Li. 1. persecut. Vandal.

4. Reg. 25.

1. Mach. 1.

Theodo. li. 3. cap. 12.

Li. 10. ca. 5. 7.

Victor li. 1.

Danie. 5.

Ambr. ad virg. lapsã. ca 8.

2. Mac. 3.

Li.10 ca. 7. & 29. plis contumeliam. Refert Nicephorus, Iulianum, Iuliani apostatę auunculum, cum Felice & Elpidio Imperialium pecuniarum quæstoribus, propterea quòd sacra vasa longè pretiosissima Ecclesiæ magnæ, quàm Cõstantinus Magnus construxerat, in fiscum Imperatoris intulissent & solo illisa perludibrium irrisissẽt, diuersis modis, pergraues horrendasque tanti flagitij tulisse pœnas. Quin & Victor Vticẽsis scribit. Proculum quendam, quòd iussu Geiserici Vandali tyrãni, rapaci manu Ecclesias depopulatę esset atq; de pallijs altaris camisias sibi & femoralia feciſſet; Deo vindice impulsũ, linguã sibi frustatim concisã comedisse, ac turpissima esse morte consumptum. Vestem insuper auro textam, Ecclesiæ à Constãtino Magno donatam, cùm Cyrillus Hierosolymitanus pia ex causa aliquando vendidisset, & deinceps à mercatore Thymelicus saltator emisset, atque induisset, ipsa saltatione eum exanimatum concidisse, refert Theodoretus. Caluinistis hæc diuinæ vltionis exempla fidem facere debent, si cum eis in hac vita dissimulet Deus, longanimiter eos ad pœnitentiam expectãs, quàm acerbis cruciatibus apud inferos excipiendi sint, nisi in Deum & sanctas Ecclesias contumelioſi esse desinant, & de admissis sceleribus corde contrito, & humili luctu, Dei clementiã erorent. Scio sacratum ædium thesauros maleuolis hominibus, & vndecũque maledicendi materiam captantibus, occasionem Ecclesiæ potentiam inuidiosè criminandi suppeditare: at prę animi cæcitate non vident, aut certè videre se dissimulãt, non seruire ambitioni sacerdotum, Ecclesiarũ magnificen-

Li.1. per-sec. Vandal.

Li.2. ca. 27.

ficentiam, at Dei gloriæ & honori, cuius maiestatem nullum humanæ deuotionis ornamentum satis adumbrare potest. Adhæc, vt Iscariothis nostris aliquo modo satisfaciamus, & eos placatiores, si fieri potest, habeam⁹, qui nihil sibi pauperũ cura potius esse, videri volunt; cõsiderandum venit vbi pia causa, & pauperum grãdis egestas postulat, Ecclesiam thesauros suos, & vasa pretiosa non grauatè distrahere & conflare, vti prolixè ostẽdit Ambrosius libro 2. Officiorum, cap. 28. Ita Cyrillus Hierosolymiranus, cùm neque pecunias, neque frumenta haberet, donaria templi, & sacra aulæa vendidit, vt populi penuriã solaretur. *Niceph. li. 9. cap. 46.* Et Possidonius in vita D. Augustini scribit, eum ad populum solere referre, quando deficiebat quod pauperibus erogaretur, & de vasis Dominicis, propter captiuos & plurimos indigentes, frangi quædam & cõflari iubebat, & egentibus dispẽsari. *Cap. 24.* Ex his omnibus constare potest, nõ stultè ac sine mente existimare nos misericordiã Dei promereri, & repositam sibi in cælo mercedem iure ex spectare, qui diligunt decorem domus Dei, & locum habitationis gloriæ eius, & pro facultatum suarum modo, Ecclesijs exornandis, magna religione & pietate incumbunt. *Psal. 25.*

Solere hæreticos Ecclesiasticorum vitam & mores insectari, vt simpliciores abducant à fide Christiana.

CAPVT XXI.

MAgnum causæ suæ præsidium positum censet Politicus in depingendis quã potest artificiosissimè Pontificũ, & sacerdotum, monachorum

rumque vitijs: eosque crudeles, sanguinarios, dissolutos, ignauos, hypocritas, auaros, populi seductores, & intemperantes appellat. His emblematis exornari nos non mouemur: hæreticis enim hoc proprium est, cùm non habeant quod cum ratione pro causa dicant, deserta causa, & relicto negotio quodammodo publico priuata quadam simultate contumelijs criminationibus & opprobrijs; hominũ vitam insectari, quasi homo sit causa quæ inquiritur. Et valet hoc non mediocriter, ad fouendã vanorum hominũ leuitatem, qui libenter audiunt lites nugantium disertorũ: vt cùm attendunt quàm scurriliter & eloquenter conuicientur, simul non intueantur quàm veraciter conuincantur. Et hoc consilio sacerdotum crimina apud imperitos insectantur, partim vt quisquis Episcopus, vel sacerdos, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed nõ omnes posse manifestari: partim vt vitam à doctrina nõ secernentes, cum eorum flagitijs simul doctrinam *quoque* detestentur. Et tamen etiam ipsi, cùm aliqua maritata inuenitur adultera, nec proiiciũt vxores suas, nec accusant matres suas. Nobis certè non vacat, nec libet maledicta maledictis reponere; sed potiꝰ veritatem defendendo, esse salubriores. Quòd si quippiam aduersarijs obiiciendum est vt caueri possint, nõ aliud quàm schismatis crimẽ, & quòd Catholici non sunt, obiiciendũ putamus. Nihil enim, ait Augustinus, obiiciatis hæreticis, nisi quia non sunt Catholici; ne similes illis sitis, non habendo quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectant,

Augusti. li. 3. cõtr. liu. Petil. cap. 1.

Augusti. epist. 137.

Epi. 137.

& ea

& ea ipsa plura falsissimè iactant, vt quia ipsam diuinæ Scripturæ veritatẽ, qua vbique diffusa Ecclesia Christi cõmendatur, criminari & obscurare non possunt, homines, per quos prædicatur adducant in odium, de quibus & fingere quicquid in mentẽ venerit, possunt. Quod certè ad nos attinet, agnoscimus huiusmodi esse peccatorum nostrorũ sarcinã, vt egeamus gloria Dei, & humiliari oportet sub potẽti manu Dei: fatemúrque multam tritico paleã esse permixtã, quã tolerari iussit Christus, tantisper dum messores Angeli in mandatis habeãt eam à tritico separare, & in fasciculos colligere ad comburendum. Interea de præpositis malis securam fecit Dominus plebem suam, ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra deseratur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt quæ dicunt; sed Dei, qui in cathedra vnitatis, doctrinam posuit veritatis. In cathedra Moysis, cui successit cathedra Christi, videmus, ait Augustinus, sedere bonos & malos: quare propter malos cathedram ipsam dimittitis? Si bona loquuntur, & bona faciunt, eos imitamini: Si autem non faciunt quod loquuntur, habetis consilium Domini, dicentis: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere: tamen à Catholica cathedra nõlite discedere. Aduersus istos maledicos & lacerãtes mendacijs gloriam seruorum Dei: Cùm scriptum sit (inquit Cyprianus) Maledici regnũ Dei non consequentur: &, Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehẽnæ ignis: quomodo possunt censuram Dei vltoris euadere, qui talia ingerunt non tantùm fratribus, sed & sacerdotibus,

Rom. 5. *Mat. 13.* *August. epis. 166.* *Cõcione 3. in Psal. 36.* *Mat. 23.* *Libr. 1. epist. 3.* *Mat. 5.*

quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus iudicanti, non obtemperaret, statim necaretur?

Fol. 707. *Non esse idololatriam in Ecclesia Catholica, neque in Eucharistiæ Sacramento, neque in sanctorũ inuocatione, neque in sacrarum imaginum veneratione.*

CAPVT XXII.

Ex his quæ deinceps confutantur, facilè est perspicere non hoc ex professo agere Politicum, vt politica scribat, & rebus militiæ gestis Lectorem oblectet: sed vt Ecclesiam oppugnet, fidémque Christianam subuertat, hoc perniciosius, quo occultius, externa ista impijs dogmatibus, tanquam mel veneno aspergit. Non igitur egent ista confutatione operosa, quando vel prima fronte ad apertam hæresim pertinere cognoscuntur.

ALienam esse ab Ecclesia Catholica idololatriam, testantur Prophetæ, qui per aduentũ Domini nostri Iesu Christi in carne, omnia *idola* & cultus honoréque illis adhiberi solitos, delẽda esse prophetauerũt. Sophonias enim, Manifestus, ait, erit Dominus super eos, & disperdet omnes deos Gentium terrę: & adorabunt singuli de loco suo. Et Zacharias, In illa die, ait, erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & mẽstruatæ. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà. Qui igitur in Ecclesia Dei, in qua apertus est fons Baptismi, adhuc cultus idolorum esse dicunt, negant impletas esse noui Testaméti promissiones, & Christi crucem euacuant, per quam toto orbe terrarum

Cap. 2.

Cap. 13.

terrarum idolorum templa ſubuerſa ſunt, & ſubtracta ſuperſtitioſa ſacrificia, & ſacrilegi mendacij Prophetas accuſant.

Papiſtas autem eſſe idololatras, aſſerit Beza in ſua cõfeſsione fidei Chriſtianæ, & ex eo Politicus, quòd cœnã Domini in execrãdum idolum, quod ipſum altaris Sacramẽtum vocant, cõmutauerint. Sed viderint Sacramentarij, quàm rectè ita de auguſto altaris Sacramento ſentiant: certè Catholici verum in eo & naturale Chriſti corpus & ſanguinem adorant & agnoſcunt, eius verbis adducti, quibus panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum conſecratione conuertit. Cœnantibus enim Apoſtolis accepit Ieſus panẽ, & benedixit, ac fregit, dedítque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: hoc eſt corpus meũ. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Et accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionẽ peccatorũ. His enim verbis quid iubet Chriſtus, per quem gratia & veritas facta eſt, niſi vt ſacrificio Melchiſedech, & agno paſchali, cæteríſq; huius Sacraméti prænuncijs figuris, ſubſtitutam eſſe corporis ſanguiníſq; ſui veritatem, credamus? Quòd ſi luculentis hiſce verbis, figuram tantùm corporis ſui voluiſſet intelligi, nónne ſua ipſe verba interpretari debuiſſet? Chryſoſtomus illa Domini verba enarrãs, Vnde ememus nobis panes, vt manducent hi? Euangeliſta, inquit, ne quid his verbis abſurdũ de Chriſto ſuſpicareris, & in magnum prolaberetis errorem: Ipſe, inquit, ſciebat quid eſſet facturus. Cæte-

Cap. 7.

Mat. 26. Luce 22.

Ioan. 6.

rùm illud maximè obseruãdum est, quòd, quando praua subest suspicio, illã protinus studiosè Euangelista amolitur. Vt igitur hoc loco, ne quid tale suspicarentur auditores, correctionem addidit, dicens; Ipse autẽ sciebat quid esset facturus: sic & illic, cùm inquit; Propterea magis quærebant Iudæi illum interficere, quia patrẽ suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo; nisi ea esset Christi operibus cõfirmata sententia, eam quoque correxisset suspicionẽ. Nam si in Iesu verbis timet Euangelista, ne quid perperam suspicemur, multo magis in aliorum sermonibus, si non verum id eos opinari intelligeret. Sed nihil dixit; Norat enim eam esse Christi sentẽtiam, quòd esset æqualis Deo, nec eos perperã opinatos. Adhibuisset igitur Christus & consecrationis corporis sui verbis aliquam interpretationem, quâ siniſtrã opinionem amoliretur, nisi Eucharistiam verè & substantialiter corporis suum esse, certissimè credi voluisset. Id quod vsqueadeo orbi persuasum est, vt iam inde ab ipsis Apostolis ad hunc vsque diem, Ecclesia Catholica vbique gentiũ diffusa, inter cõmunis fidei Sacramẽta, nihil ferè illustrius profiteatur, quàm corporis & sanguinis Dominici, cõuersione panis & vini, in Eucharistia veritatẽ. Quin etiã adeò confirmata semper fuit hæc fides, quæ ante Berẽgarium, Sacramentariorum parentem, nunquam reuocata fuit in controuersiã, vt ex hac surgẽtes olim hæreses, Ecclesiæ proceres confutarint. Irenæus enim corporum resurrectionem inde cõprobauit. Hilarius naturalem Patris & Filij vnitatẽ euicit, ex eo quòd nos carnis Christi in Sacramento naturam ad epti,

Libr. 4. cap. 34.

Lib. 8. de Trinit.

adepti, per eius participationem corporaliter illi coniungamur. Prima Synodus Ephesina Iesum Christū verum Deum simul & hominē esse conuincit, propterea quòd Eucharistia nos viuificare non possit, nisi diuinitati Christi humanitas coniungatur. Et Leo Magnus, vt assereret Incarnationis Dominicæ veritatē, hoc dixit ore sumi, quod creditur fide. Porrò non aliunde ferè hæc Sacramentariorum hæresis originē habet, quàm quòd suo iudicio sensibūsque corporeis nimiū addicti, intra notas naturæ leges, temere Deum coarctare volunt, quasi verū esse nō possit, quod assequi ipsi non queunt. Cæterùm de rerum natura exiguā admodum cognitionem habemus, de omnipotentia verò Dei, nullā: & quæ portenta dicimus, non sunt contra naturam, sed contra quam est nota natura. Proinde apud Catholicos fidei simplicitas, rationalibus demonstrationibus, plus semper obtinuit: & omni temeraria cura remota, Deo facile quidquis esse, credere debemus, neque imbecillitate nostra diuinas vires metiri.

Epi. Cōc. ad Nest.

Ser. ō. de ieiunio 7. mensis.

Augusti. Enchir. cap. 9. Li. 21. de ciuit. c. 8. Basil. Hom. 1. Hexam. Cyr. li. 4. in Ioan. cap. 13.

Quod ad sanctorū inuocationem attinet, & in hac parte ab idololatriæ crimine sumus alieni, vt qui sciamus solum verum Deum esse colendū, quo solo fruens, beatus sit cultor eius: & quo solo non fruēs, oīs mens est misera, qualibet re alia perfruatur. Neq; aliū mediatorē agnoscimus, quàm vnū, eúmque Iesum Christum; qui cùm Deus simul & homo sit, mortis suę sacrificio omnia ad salutē bona nobis à Deo largitur, hominésq; cū Deo arcto vinculo coniungit: at sanctos in cælo iam beatos tanquā insignes Dei amicos veneramur, eorúmq;

Aug. lib. 20. cōtr. Fau. c. 5.

orationes nostris adiunctas Deo offerimus, vt *illæ*
Lib. 8. de ciu. c. 27. impetrent quod nostræ non merentur. Neque nos martyribus templa, sacerdotia, & sacrificia constituimus. Quis enim audiuit aliquãdo fidelũ stantem ad altare, etiam super corpus martyris ad Dei honorem cultúmque constructum, dicere in precibus; Offero tibi Petre sacrificium, vel Paule: cùm apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos
Cap. 7. & homines, & martyres fecit? Audi sextã vniuersalem Synodum, & ab ea Ecclesiæ doctrinã & intentionem edisce: Solo, inquit, creatore adorato, inuocet Christian⁹ sãctos, vt pro se intercedere ad
Act. 6. maiestatẽ diuinã dignentur. Et Synodus *septima*: Cum Dei timore, ait, omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ semperq; virginis, dominæ nostræ Mariæ: itẽ sanctorũ Angelorum, omniúmq; sanctorum, salutantes ac venerantes eorum reliquias, vt nos sanctitatis eorum fiamus participes: sunt enim salutares fontes, *multis* modis beneficia fundẽtes, per Christum qui in
Act. 3. ipsis habitat. Et sanctus Leo: Sanctorum, inquit,
Ser. 5. de Epipha. diuitias cõcupiscite, & per bonam æmulationem
Ser. 5. de ieiun. 10. mẽsis. Et ipsorũ ambite suffragia. Ac ne vanè id fieri dicas: Petrus, ait: sicut experimur, pro commendatis sibi
ser. 1. de Petro & Paulo. à Domino ouibus indesinenter pastorales prætendit excubias, exoraturus deprecationibus suis, vt
Lib. Meditat. c. 24. Ecclesia Dei, quæ ipsius est prædicationibus instituta, ab omni errore sit libera. Est & Augustini huiusmodi ad sanctos oratio: Orate Dominũ omnia agmina sanctorum, vt vestris precibus meritísque adiuti, salua naue, integrísque mercibus, peruenire mereamur ad portum perpetuæ salutis & quietis.

Postremò

Postremò vulgatissimæ frequentissimæque sunt Catholicæ Ecclesiæ sanctorum inuocationes, quæ omnes, vt superstitionis & idololatriæ suspicio tollatur, per Christum Dominum nostrum finiuntur, vt sanctos quidem comprecatores nostros faciamus, at solum Christum, redemptorem agnoscamus, qui morte sua nobis peperit salutem, nósq; cum Patre simul exaudit.

Superest nunc vt & in cultu, quē Ecclesia imaginibus defert, abesse superstitionem doceamus. Idololatræ qui omnium stupidissimè errauerunt imagines ipsas, adeoque opera hominum, vel res à Deo conditas deos habuerunt, Babylonij serpentem, Ægyptij Apim, Romani anserem. Alij non creaturas sensibus subiectas, sed numina in eis latentia colere se dixerunt, quæ tamen nō erant nisi dæmonia. Omnes enim dij Gentium dæmonia. Alij verò physicis interpretationibus conati sunt errorem popularem mitigare. Neque tamen illi excusant sua sacrilega sacra & simulachra, quòd eleganter interpretentur, quid quæque significent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturā refertur, nō ad creatorem, cui vni debetur seruitus religionis illa, quę vno nomine latria Græcè appellatur. At verò iam inde ab Apostolorum temporibus, Christiani sacras imagines coluerunt, non vt res quasdā, sed propter res significatas, quæ cultū & honorem mererentur: & vt rei cuiusque significatæ est dignitas & cōditio, ita etiam circa imaginem congruentem ei cultum exhibuerunt, latriam, inquā, vel duliam, quæ cultum sanctis debitum designat. Itaque honor qui sacris imaginibus

Augustin. libr. 8. de ciuit. cap. 23. 24.

Augustin. epist. 49. quæst. 3.

exhibetur, nō propter ipsas exhibetur, sed propter res significatas, neque absolutè, sed relatè tantùm, siue quatenus ad prototypon referūtur, & cum eo habitudinem quandam habēt: prototypon enim, & eius imago, habitudine sunt vnū: ac proinde ad prototypon propriè honor spectat, quò refertur honorantis intensio. Quòd si etiam ipsi hæretici verba Euangelij auditu percepta, propter res nominatas, quæ à suis nominibus non diuelluntur (sunt enim voces animi cōceptuum, & rerū, notæ ac imagines quædam) apertis capitibus honorant; cur hoc ipsum expressis sanctorū *imaginibus non* faciunt, cum vtrisque sit idem faciendi causa? *Hic* igitur est, in sacrarum imaginum cultu, Ecclesiæ Catholicæ sensus, nō malè his versibus expressus:

Non Deus est, sed picta Deum præsentat imago:
Qua visa, tu mente colas quod cernis in illa.

Vt verò firmior sit fides nostra, nullāque penes nos dubietas resideat, Nicæna Synodus *secunda*, pro sacrarum imaginū veneratione coacta, docet eam Ecclesiæ sine Scriptura ab Apostolis esse cōtraditam, ac sanctos Patres cōmemorat, qui sacras imagines omnibus sæculis sunt venerati, ac subiicit; Sed quid hos nominatim citauimus? Omnes enim sancti Patres nostri imagines receperunt. Quam ob causam mendaces deprehenduntur, *in* hoc quod dicunt, non esse Patrum traditionem. Respondet etiam argumentis Iconomachorū, & doctrinam de imaginibus sic explicat: Christi, & Deiparæ, & sanctorum imagines colimus, *non in* materia, aut in coloribus honorem statuentes, sed ipsis, quorum typum imagines gestant, honorem

impar

impartimur, cùm sciamus, iuxta Magni Basilij sententiam, quòd imagini honor exhibitus, ad ipsum prototypon referatur. Quemadmodũ enim despiciens imaginem Imperatoris, non aliter castigatur, quàm si ipsum Imperatorem contumelia afficisset, cùm tamen illa imago præter lignum & colores nihil sit: eodem modo qui typum siue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipsum, quem typus repræsentat, est iniurius. Denique in calce Concilij sic habetur: Sancta Synodus exclamauit, Omnes sic credimus, omnes idem sapimus. Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Quicunque Scripturæ sententias de idolis, contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerãdas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt quòd Christiani imagines vt deos adorant, anathema. Qui audet dicere, Ecclesiam Catholicam idola aliquando suscepisse, anathema. Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defendat, anathema. Hactenus Synodus vniuersalis, imaginem vsum esse legitimum, & ex Apostolica traditione profluxisse, luculentè declarauit. *Ad Amphil. c. 18.* *Damasc. li. 4. c. 17.*

Qui verò venerandas imagines contempsit, & suam authoritatẽ ad eas deturbãdas primus interposuit, fuit Leo Imperator, propterea dictus Iconomachus: quẽ secutus est Constãtinus Copronymus, qui & Germanũ Constãtinopoleos Patriarcham solio eiecit, & Oecumenicũ cœnobij Constantinopolitani professorẽ, cum alijs sanctissimis *Zonaras tom. 3.*

clericis, errori suo cōstanter resistentes, crudelissimè interfecit. Quo nomine Gregorius secundus Leonē anathemate obstrinxit, ac tributo Romę & Italię prohibuit: Copronym⁹ verò, rapta ex Ecclesia Cōstātinopolitana aurea corona gēmis exornata, capitiq; suo imposita, subitò ardēti febre correptus est, & infelicem animā exhalauit. Extant passim apud Ecclesiasticæ historiæ scriptores miracula, per imagines, vel certè ad eatum venerationem edita; ac plerisque Belgij locis hodiéque innumera eduntur, quibus legitimum ac sanctum esse imaginum vsum, qui non mentitur Deus palàm ostendit.

Euseb. li. 7. Eccles. hist. cap. 18.

Niceph. lib. 18. ca. 4.

Respondetur Politici calumnijs quibus Pontifices grauat, nimirum, quòd sint Alchymistæ: & Germaniam olim ab Imperatoribus distraxerint: Phocam, extincto Mauritio, donauerint Imperio, vt ab eo fierent totius Ecclesia Principes.

Caput xxiii.

QVemadmodum se miserè euiscerat aranea vt labore summo fragilissimam telam contexat: Ita politicus magnū tractatum, de Alchymia edidit, vt Papę Romani potentiam & inexhaustā auaritiā, turpibus quęstibus accrescērem, criminetur. Cùm enim latè demōstrasset Alchymistas omnes, multo ære, magnisque ac diuturnis sudorib⁹, nihil præter pauperiem retulisse, vnicū se nosse adiecit, qui in sola Gallia, quadraginta plūbi pōdo, in sexcenta coronatorum milia, quotannis conuertat, Romamque pertrahat. Egregiam verò laudem & spolia ampla refers Politice, ex tā prolixa & graui

Tract. 23.

disputa

diſputatione ad hanc concluſionem deſtinata. Cæterùm facilè reſpondemus, Chriſtũ & Apoſtolos, primos Euangelij præcones, pauperes & humiles extitiſſe, cum vt homines ad amore mundi abducerent, tum ne tyrannide, terrore, & potentia orbẽ ad ſe pertraxiſſe viderentur, nunquam tamen iugo paupertatis Deum ſacerdotes oneraſſe. Ac quidem cùm Chriſti ſanguis in cordibus credentium adhuc ferueret, ſola humilitas, & rerũ omnium contemptus, ad commendãdam hominibus pietatem ſatis valebat: at deploratiſsimis hiſce ſeculis, quibus & charitas refrixit, & abũdauit iniquitas, fragilitati noſtræ, qua præſides Eccleſiæ propter carnis infirmitatem & peccata, ſine quibus etiam iuſtorum vita non ducitur (vt ſunt corrupta noſtra iudicia) facilè conteneremus: ſapienter conſuluit Deus cùm prouidit vt ſplendore & potentia, Eccleſiæ Catholicæ monarcha exornaretur, ad authoritatem tuendam, & cõprimendã improborum audaciam, & ſupremæ authoritatis contemptum. Propterea Cõſtantinus Magnus, & qui poſteris tẽporibus ſecuti ſunt religioſi Principes, regia dignitate ſedem Apoſtolicam exornarunt, opibusque cumularunt, eique faſces ſuos & ſceptra ſubmiſerunt, ad ſummũ Eccleſię & religionis Chriſtianæ commodum & vtilitatem. Adhæc cùm Pontifici incũbat, prouincias ſuas aduerſ⁹ hoſtilia molimina tueri, & viros vndequaque doctiſsimos, in partẽ ſollicitudinis & miniſterij ſui, accerſere, variiſque legationibus prouincias Chriſtianas luſtrare, fouere Academias, & omnes boni paſtoris partes peragere: æquis rerum æſtimatoribus abſurdum non videbi

debitur, sedem Apostolicã potentia esse firmata & à subditis Ecclesijs, quarum saluti inuigilat, eâ percipere, citra quorum opem suo munere commodè perfungi non potest.

Fol. 57. Porrò calumnia est; Romanos Pontifices Germaniam ab Imperatoribus distraxisse. At quemadmodum Imperatores Græcos propter Iconomachiam aliaque scelera, aliquando excommunicauerunt, & tandem Occidentis Imperio mulctauerunt: ita Germanos Imperatores, Henricos, Fridericos; aliosque, suæ potestatis limites in religionis iniuriam transgressos, & Sedis Apostolicę cõtemptores, censuris Ecclesiasticis subiecerunt, & ijsdẽ insordescentes, & pœnitentiæ remedium contẽnentes, Imperio deturbarũt: ea potestate freti, qua rebelles excommunicare, & Ecclesiæ pertutbatoribus adimere sceptra debuerunt.

Fol. 390. Illud quoque quod ait Politicus, coituros facilè cum Pontifice Christianos Principes ad bellum sacrum Turcis inferendum, si non eis cõtinuò obstreperent, eosque vrgerẽt ad iugulandos sibi subiectos, Põtificię Maiestatis contemptores; vanum est & ridiculum: ac suo more agit, vt Pontifices odio populari subiiciat; & Principes extimulat, vt vel foueãt hęreticos, vel certè nullo eos terrore pœnisque coërceãt. Põtifices enim suis diplomatibus ac mandatis Principes non fatigãt, vt plebes suas cõtrudicent, aut in cruces agant: at pro pastorali suo munere, gregis curã gerũt, fratres in fide confirmant, errantes reuocant, & subinde Principes commouent, vt, Deo in timore seruiẽtes, Ecclesię cõprimãt inimicos. Quod autẽ ad cõterendos,

dos Turcas, Reges nō cōcurrunt, peccatis noſtris aſcribēdū reor: dum enim ambitioni luxuique, vel vicinis vlciſcēdis, vacamus, nō compatimur ſuper cōtritione Sion, & religionis exitiū non deflemus. Huc accedit, quòd hęretici ita Chriſtianiſmum perturbāt, vt ſollicitos nos magis eſſe oporteat de religione Catholica aduerſus eos tuēda, quàm de infidelibus profligandis. Et hæreticorū rebellio ita Principes exagitat, vt de ſuis tantū limitibus tuēdis, non etiā de exteris inuadendis, cogitare vacet.

Grauatur iniquè & hac calumnia Pōtifex, quòd in Mauricij necem Phocam impulerit eique detulerit Imperium, vt ſummus Eccleſiæ Paſtor diceretur, qui antea non niſi Metropolitanus eſſet. Cęterum Sedis Apoſtolicæ ſupereminentem dignitatē, à Chriſto Petro eſſe collatam, inque Epiſcopatus eius hæredes transfundi, hactenus ſatis eſt confirmarum. Contendit autem à Phoca Bonifacius, vt ſua authoritate, datum diuinitus Eccleſiæ Romanæ primatum firmaret, quem vellicari à Græcis, & apertè à Ioanne Conſtantinopolitano rapi videbat. Fecit itaque hac in cauſa Phocas, quod ſciebat edixiſſe ante multa ſecula Conſtantinum Magnum, vt Romanæ Eccleſiæ Sedes, omnium Eccleſiarum caput eſſet: quam appellationēei quoque tribuit Optatus libro 2. & Chalcedonenſe Cōcilium act. 3. ante Phocæ tempora. Mauricium verò impiè multa in Deum & homines, ipſumque Gregorium Papam admiſiſſe conſtat, & vetuiſſe milites licentioſæ vitæ pertæſos, monachos effici: Ioanni Conſtantinopolitano opem attuliſſe, vt Catholicæ Eccleſiæ primatū inuade

Fol. 219.

Paul. Diaco. li. 8. in vita Phocæ. Anſoen. in Chron. co an. 604.

uaderet: ac cæleſti prænuncio ſignificatũ, gladium vlturum Mauricij inquitatem, ac Phocam percuſſorem deſignatum. Non igitur Mauricianæ cædis inuidia Põtificem Romanum grauari oportet, quã fieri nũquam imperauit: at Dei iuſtitia potiùs prædicanda venit, qui & peccatis hominum ſupplicia iuſtè rependit, & Imperia Principatusque, ſapientiſsimo iudicio transfert & diſtribuit.

Refellitur blaſphemia Politici, inter multas ſtultitiæ ſpecies quas dicit ab Eccleſia Catholica profluxiſſe, recenſentis Confeſſionem auricularem.

Fol. 94.

CAPVT XXIIII.

MIrum nõ eſt ſtultitiæ haberi loco, quæ maximopere ad ſaluté ſempiternã ſpectare ſciũt legitimi Chriſtiani, quãdo verbum crucis (teſte Apoſtolo (pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt, iis autem
1. Cor. 1. qui ſalui fiũt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Nos prædicam⁹, Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ ſcãdalum, Gẽtibus autem ſtultitiam. At quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Neque abſurdum cuipiam videri debet, hæc à nobis ex Apoſtolo produci in eos, qui in Chriſto regenerati ſunt, & ab eo nominantur: nam & in Chriſtianos profeſsione, di
1. Ioa. 4. cit Ioannes, omnem ſpiritum qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſſe, ſed eſſe Antichriſtum. Soluit autem Ieſum, non tantùm infidelis, & qui eius diuinitatem vel humanitatem pernegat, ſed & quiſquis in aliqua parte religionẽ improbat Chriſtianã. Quónam verò modo Confeſsionis Sacramentalis irriſor,

ſor,non ſe Chriſti voluntati & inſtituto opponit? cuius eſt huiuſmodi ad Apoſtolos oratio:Quęcunque ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cælis:& quæcunque ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cęlis.Et,Accipite Spiritũ ſanctum.Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis,retenta ſunt.His verbis manifeſtè Chriſtus Apoſtolis,eorũque ſucceſſoribus peccatorũ relaxandorum facit poteſtatẽ:quã ſi quis extra neceſsitatem cõtemnit, ſibi ad miſericordiam Dei aditum præcludit,à quo poſt lapſum à Baptiſmo,non aliam legimus in Euangelio viã ad indulgentiam conſequẽdam eſſe conſtitutã. Cùm igitur non ſit homo qui non peccet, & naturæ lege quiſque ſeipſũ diligere iubeatur,ac proinde hoc agere,vt peccatorũ ſuorum ſarcinam ceruicibus ſuis excutiat,ne eorũ vinculis pertrahatur in gehennã: neceſſe eſt vt ad ſacerdotum confugiat authoritatem, quibus eſt relaxãdorum peccatorum poteſtas concredita:quæ nihilominus vſum nullum habere poteſt,niſi peccatoris præuia confeſsione, & noxarũ exacta enumeratione,qua quid ſoluere, quid ligare debeant,valeãt cognoſcere. Hinc Hieronymus,Sacerdos,inquit,pro officio ſuo cũ peccatorũ audierit varietates,ſcit quis ligãdus ſit, quiſve ſoluendus:ſicut tẽpore veteris Legis non pronũciabat quis mundus,quiſve eſſet immũdus,niſi inſpecta ſignorũ varietate.Cùmenim iudex de occultis non iudicet,non poteſt Sacerdos vel abſoluere vel ligare,niſi eum cuius geſta & merita cognouit: quod ei contingere non poteſt,niſi rei ipſius confeſsione, quia in hoc ſecreto, & quod remotis arbitris

Mat. 18.

Ioan. 20.

3. Reg. 8.

In. Mat. cap. 16.

bitris peragitur iudicio, reus ipse sui esse debet
Pag. 20. accusator. Hoc Sacerdotũ iudicium, ne sine Scriptura asseri videatur à nobis, significat Ioannes in Apocalypsi, cùm ait: Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. Non enim hoc
Li. 20. de ciuit. ca. 9. putãdum est, inquit Augustinus, de vltimo iudicio dici: sed sedes præpositorum, & ipsi præpositi sunt intelligendi, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum videtur, quàm id quod dictũ est: Quę ligaueritis in terra, ligata erũt & in cælo: & quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo. Tametsi enim omne iudiciũ dederit Filio Pater, dixit tamẽ Apostolis suis Filius: Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos. Ex quo audet hũc in modum scribere
Lib. 3. de dignit. Sacerd. Chrysostomus: Pater omnifariam potestatẽ Filio dedit: cæterùm video ipsã omnifariam potestatẽ à Filio illis traditam. Et Ambrosius, Vult, inquit, Domin⁹ ea à seruis suis fieri, quę ipse fecit in terris.
Ser. de lapsis. & li. 3. epist. 14. Ac vt intelligas quãta cura enumeratio peccatorũ apud Sacerdotẽ fieri debeat, docet Cyprianus, etiam in quas cogitationes apud Dei Sacerdotes dolenter & simpliciter esse confitendas, & faciendam conscientiæ exomologesin, animique põdus exponendum. Ac deinde: Confiteatur, ait, singuli delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti, confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per Sacerdotẽ, apud Dominũ grata est. Vidésne Sacerdotis censurã & iudicium, ratam habere Deum? Porrò exomologesis (quæ peccatorum confessionẽ non cordis tantùm sed verbis forinsecus expressam, significat) præter

Ter

Tertullianum(à quo præter confeſsionem,cæteri quoque actus pœnitentiæ hoc nomine aliquando cõprehenduntur) meminit etiam Euſebius,qui refert Fabianum Papam nõ priùs Philippum Imperatorem Chriſtianum ad cõmunionem Eccleſiaſticam admiſiſſe,quàm ſe confeſſus fuiſſet,& inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur aſtricti,locúmque pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabãt,ſe ſua ſponte collocauiſſet, propter multa delicta,quæ ab ipſo ferebãtur admiſſa. *De præſ. hæretic.* *Libr. de orat. c.6.* *De pœn. cap.8.9.* *Libr.5. Eccl.hiſt. cap.27.*

His accedit Origenes, Fit,inquiens,per pœnitentiam peccatorũ remiſsio, cùm non erubeſcit peccator Sacerdoti Domini indicare peccatum ſuum, & quærere medicinam. Denique Cypriani tempore ab Eccleſia proſcriptus, & hæreſeos damnatus fuit Nouatianus;quòd pœnitentiæ Sacramentum per peccatorum coram Sacerdote confeſsionem,& poteſtatem remittendorum peccatorum,à Chriſto Sacerdotibus cõmunicatã,negaret. Hinc Lactãtius Firmianus, Cùm Nouatiani aut Arriani, ait,nominantur,Chriſtiani eſſe deſierũt,qui,Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt. Quia ergo ſinguli quique cœtus hæreticorum ſe potiſsimùm Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant:ſciendum eſt,illam eſſe veram Eccleſiam,in qua Confeſsio, & Pœnitentia,quæ peccata & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis,ſalubriter curat, Fuiſſe inſuper Decij temporibus in Eccleſijs,presbyteros pœnitentiarios, qui peccatorum confeſsionem audirent, nec negant qui hoſtes ſunt pœnitentiæ, Socrates & Zozomenus, Nouatiani ſectatores. Clariſsimè *In Leuit. hom.2.* *Lib.4.de vera ſap. cap.30.* *Lib.5. cap.19.*

T

lib. 7. cap. 16. Epi. 69. rissimè verò Leo Magnus, soluendorum peccatorum per Sacerdotes authoritatem exprimit epistola ad Theodorum Foroliuiensem Episcopum: Multiplex, inquit, misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt nó solùm per Baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam, ipsa vitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis dona violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirẽt, sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum, per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtique operi ipse Saluator interuenit; nec vnquam ab his abest, quæ ministris exequenda commisit. Nihil hîc attinet *prolixè* docere, peccatorum secretam coram Sacerdotibus confessionem vsu frequentissimo fuisse receptam posteris Ecclesiæ temporibus, quando iam inde ab ipsis Apostolis, toto veteris Ecclesiæ decursu, cùm incontaminata, etiam hæreticorum nostrorum assertione, fides & religio Christiana perstitit, eam disciplinam viguisse, neque intermissam esse in Ecclesia Catholica, certissimis documentis est demonstratum. Si ergo cum aduersarijs peccata cõfitendi ritum inter stultitias constituemus; necesse est, sapientiæ sedem, Ecclesiam Catholicam, sapientia quouis tempore fuisse destitutam.

Nos

Non esse vanam & stultam peccatorum in mortalia & venialia diuisionem, & singulorum capitalium in multas species, ac velut membra, distributionem. Fol. 94.

CAPVT XXV.

DIuus Augustin⁹ diuina luce singulariter collustratus, multum diuque sudauit, vt peccata venialia (quibus æternã mortem Dei iustitia non retribuit, quæque citra pœnitentiæ Sacramentum indulgentur, ac de quibus dicit Ioannes, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus) à mortalibus certò internosceret: at quid consecutus sit, ex verbis eius intellige: Quæ sint, inquit, ista peccata, difficillimum est inuenire, periculosissimum definire. Ego certè vsque ad hoc tempus cùm inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire nõ potui. Et fortasis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata cauẽda pigrescat. Sit igitur stulta & ridicula hæreticis peccatorũ mortalium & venialium assertio: nobis certè in ijs prudenter cognoscendis & dijudicandis, studium languescere non debet. Mihi igitur mortalium & venialium discrimen cõstituere videtur Christus, cùm iræ parũ deliberatè surrepentis, & eius quæ pleno voluntatis iudicio cõmissa, vsque ad iaciendam in fratrem cõtumeliam assurgit, diuersos gradus proponit, cùm ait: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue; reus erit gehennæ ignis. Deinde blasphemiam in Spiritum sanctum asserit hominibus non remitti, neque in hac vita, neque in futura,

1. *Ioan. 1.*

Libr. 21. de ciuit. cap. 27.

Aug. lib. 1. de ser. Dom. in monte, cap. 19. Bern. de præcept. & dispẽ.

Mat. 5.

Mat. 12.

tura. Remitti ergo oportet peccata post mortem, quæ nos venialia nuncupamus: at non quæ cum charitate pugnant, quæque periculo amittendæ amicitiæ diuinæ, lege Decalogi prohibentur, si in ijs ad finem vsque vitæ perseueretur, neque laboriosæ pœnitentiæ beneficio relaxentur. In inferno enim nulla est redemptio, & vbi ceciderit lignũ, ibi manebit. Ad hæc cùm fidelibus coniugatis dixisset Paulus; Nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum; adiecit: *Ego autem dico* secundùm indulgentiam, non secundùm imperiũ. Atqui vbi venia est & indulgentia, ibi necessariò peccatum cogitari debet. De mortalibus verò, id est, quæ in mortem æternã præcipitant, sic loquitur: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque *ebriosi*, neque maledici, neque rapaces, regnum *Dei* consequentur. Nunquam id dicturus, de peccatis quæ secundùm indulgentiam permittit, & sine quibus etiam iustorum vita non transigitur, quæque oratione Dominica, & largitione eleemosynarum expiãtur. Iam verò multos ramos ex vna peccati radice pendere, non negauerit, qui peccata primaria propterea capitalia dici intellexerit, quòd sicut à capite multa membra in corpore dependent, ita hæc peccata, in multa alia velut membra diuiduntur, sunt que velut fontes & capita reliquorum, & è quibus velut è corrupta radice pestiferi planè *fructus* & omnis generis vitia & corruptelæ profluũt & nascuntur. Paulus insuper cùm loco iam citato,

Eccl. 11. *1. Cor. 7.* *Aug. li. 1. de nupt. & con. cap. 4. & li. 3. cont. Iul. c. 21.* *1. Cor. 6.*

tum

tum in epistola ad Galatas & Colossenses, cùm re- Cap. 5.
censet adulteros, molles, masculorũ concubitores, fornicationem, immunditiam, impudicitiã manifestè multos vnius radicis, luxuriæ videlicet, ramos ac species eiusdẽ generis enumerat. Aut igitur intolerabili Legis Dei ignoratiõe laborat Politicus, nescíens peccatorum discrimina & varietatem: aut forsitan cum Stoicis, & hæreticis, omnium peccatorum paritatem agnoscit.

Malè inter stultitias & vana phãtasmata recenseri Purgatorium, neque verè dici pro vno mortali peccato acerbissimas pœnas luendas esse in Purgatorio septem annorum spatio; à quibus tamen homines possint multitudine Missarum & orationum liberari. Fol. 128.

CAPVT XXVI.

PVrgatorium inter fabulas nõ recensẽt, qui scit culpa remissa plerunque superesse temporarias pœnas post mortem luẽdas, de quibus in hac vita per condignam pœnitentiam, iustitiæ diuinę non est satisfactum. Si enim nos ipsos dijudicaremus, 1. Cor. 11.
non vtique iudicaremur à Domino. Et cùm peccata venialia non puniantur æterno supplicio (vti superiori capite docuimus) necesse est temporaliter puniri, siue in hac vita, siue post mortem. In Dei 2. Pet. 3.
enim regnum in quo iustitia habitat, neque coinquinatum, neque impunitum quippiam inuehetur. Vis clariùs intueri, remisso per Dei indulgentiam æterno supplicio, superesse temporarias pœnas perferendas? Considera mihi Dauidem, qui adulterij homicidiique indulgentiam propter pœnitentiam à Domino cõsecutus, & morte filij recens Libr. 2. Reg. cap. 12.

nati afflictus est, & belli incommodis ad vsque
Psal.6. vitæ exitum est diuexatus. Hinc sunt lamentabiles illæ pœnitentis voces: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meũ rigabo. Ad doctrinæ huius cõfirmationem est Apostolica traditio Catholicæ Ecclesiæ vsu recepta, & Patrum testimonio firmata. Nam orationibus Ecclesię, & sacrificio saluSer. 32. de verb. Apost. tari, & eleemosynis, mortuos adiuuari, vt cum eis misericordiùs agatur à Domino, quàm eorũ peccata meruerunt, scribit Augustinus. Et à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia, vt pro eis qui
Ser. pen. de verb. Apost. in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cùm ad ipsum sacrificiũ suo loco commemorantur, oretur, ac pro illis quoque offerri
Aug. de bap. cont. Donat. cap. 24. Libr. 6. Const. Apost. cap. 29. lib. 8. cap. 41. 42. commemoretur. Quod autem vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi Apostolica authoritate traditum, rectissimè creditur. Clemẽs Petri auditor, ex præcepto Apostolorũ, iubet celebrari exequias mortuorum, hymnis & precibus, & tribui pauperibus ex bonis defuncti in memoriam ipsius; & in cemeterijs offerri Eucharistiam, & orari pro fratribus qui in Christo quieuerunt, vt Deus dimittat eis omne peccatũ. Dionysius Areopagita, & ipse Pauli discipulus, hac de re differit, libro de Ecclesiastica hierarchia, toto capite, de piè defunctis; vbi inter cætera ea leguntur quæ ferè ad verbũ in Officio defunctorum decantantur. Accedens, inquit, diuinus Antistes, ipsi mortuo sanctè precatur: & precib⁹ à diuina benignitate cõtendit, vt & omnia peccata quæ humana fragilitate imbecillitatéque admissa

admissa sunt, ei, qui excesit è vita, remittat, & eum in lucem ac regionem viuorum, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob deducat, in locũ à quo fugit dolor, tristitia & gemitus. Tertullianus oblationes pro defunctis docet nõ nisi ex traditione proueniſſe, vt per eas defuncti anima refrigerium à Deo consequatur. Pro anima mariti, inquit, oret vxor, & refrigeriũ interim adpostulet ei, & in prima resurrectione cõsortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Cyprianus pro magno supplicio dicit à Concilio Africano cõstitutũ, vt pro eo, qui clericũ ad tutelã frãtris nominarer, non offerretur, nec sacrificium pro eius dormitione celebraretur. Origenes verò, Memorias, ait, parentũ facim⁹, vel amicorum nostrorum, in fide morientium, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam consummationẽ in fide postulãtes. Et paulo pòst: Celebramus religiosos cum Sacerdotibus cõuocantes, fideles vnà cum clero, inuitãtes adhuc egenos & pauperes, pupillos & viduas saturantes, vt fiat festiuitas nostra in memoriam requiei, defunctis animabus, quarũ memoriam celebramus. Huc accedit quòd cùm Episcopi & Sacerdotes Afri ab Hunnerico Vandalo agerẽtur in exilium, Catholicus populus mœrore confectus, eis occurrens, flebili voce inclamabat: Qui hos baptizaturi sunt paruulos fontibus aquæ perẽnis? Qui reconciliationis indulgentia obstrictos peccatorũ vinculis soluturi? Qui nos solennibus orationibus sepulturi sunt morientes? A quibus diuini sacrificij ritus exhibendus est consuetus? Non sunt ergo vana commenta & fabulæ ad Principum decep-

De coro. mil. c. 3. *De exhort. ad cast. & De mon.* *Libr. 1. epist. 9.* *Homil. 3. in Iob.* *Victor Vticen. libr. 2. de pers. Vand.*

ptionem & explédam Sacerdotũ cupiditatem excogitatæ, sed Patrum traditiones ab Apostolicis temporibus summa fide & religione cõseruatæ, vt pro fidelibus defunctis oretur, & Missæ sacrificiũ offeratur, vt eis benignè & indulgenter remittat Deus, quicquid humana imbecillitate deliquerũt, de quo ante consummationem dignis pœnitentiæ fructibus diuinæ iustitiæ non satisfecerunt.

At mendacium nobis impostor iste impudenter affingit, dum ait doceri à nobis peccatum mortale acerbissimo septem annorũ supplicio castigari ac vindicari. De criminibus enim siue peccatis mortalibus, sera est post mortem pœnitẽtia, sicuti contra Aërium docet Epiphanius. Dicebat enim ille: Si eorũ qui in hac vita sunt oratio aut cultus œconomiæ (quam nos Missam dicimus) mortuis est vtilis; ergo nemo sit pius, sed sibi potiùs paret amicos in morte, pecunia, aut amicitiæ conciliatione, & orent pro eo. Non igitur criminosis opera viuentium suffragantur, sed iustis. Cui enim viuo, ait Clemens, inimicus fuit Deus, haud dubium quin etiam sit defuncto. Et Areopagita ijs prodesse docet viuorum preces post mortem, qui digni sunt sanctis precibus. Omne enim meritum hîc comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem se speret quod hîc neglexit, cùm obierit, apud Deum posse promereri. Venit nox in qua nemo potest operari. Hinc ex Nisseno Damascenus: Nundinis, inquit, dissolutis, cessat negotiationis commercium. Atque aduersus eos qui impiorum damnationem aliquando finem habituram existimarunt, erudite

Hær. 77.

Libr. 8. Const. Apost. cap. 43.

De Eccl. Hierarc.

Aug lib. de cura pro mor. capit. 11. & Ench. cap. 110.

Ioan. 9.

Oratione pro defunctis.

ditè pro veritate diſputat Auguſtinus lib.21.de ciuitate Dei,cap.13.& ſequẽtibus. Denique poſt Auguſtinum Cæſarius Arelatenſis doctiſsimus Epiſcopus: Falſa,ait,ſecuritate dicipiuntur,qui credunt quòd ſupra fundamentum Chriſti criminalia peccata ædificata,per ignem trãſitorium poſsint purgari,& ipſi poſtea ad vitam æternam peruenire. Intellectus iſte corrigendus eſt: quia ipſi ſe ſeducunt, qui ſibi blandiuntur. Illo enim trãſitorio igne non mortalia,ſed minuta peccata purgantur. De grauitate autem & acerbitate ignis illius (quia & hoc inter ſtultitias fabuloſas refert hic noſter) his verbis ſcribit idẽ Cæſarius: Ille purgatorius ignis durior erit,quàm quod poteſt pœnarum in hoc ſeculo aut videri,aut ſentiri. Et Auguſtinus: Grauior,erit ille ignis, quàm quicquid pati poteſt homo in hac vita. Valeãt igitur cum impietate ſua hæretici, qui,quæ de Dei iuſtitia & vindicta in hominum peccata à Scripturis ſacris, ſanctisque viris aſſeruntur,inſtar fabularum eleuant & irrident.

Homil.7. 1.Cor.3.

In Pſal. 37.

Blaſphemũ eſt aſſerere, bonos viros non debere iudicij Dei & inferorum recordatione terreri: & ſalutis ſecuritatem credentibus polliceri.

CAPVT XXVII.

POſtremo loco notamus,quod tanquam impietatis ſuæ coronidem ſcriptis ſuis inſerere Politicum non puduit. Boni,inquit,viri inferorum recordatione non terrentur,certi nihil eſſe damnationis ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ambulant ſecundùm carnem,id eſt,qui non viuunt Epi-

Fol. 515. Roman. 8.

rum more. Sciunt enim infernum, & omnes *eius* potestates, captiuos & in triumphũ esse abductos in Christi resurrectione: neque posse inferos eos absorbere, qui victoriæ Christi beneficio participant. Hinc non timent sibi ab inferis, sed miserentur eorum qui pereunt.

Lutheri & Caluini dogma est à veteribus hæreticis, teste Tertulliano, libro de præscriptionibus hæreticorum, acceptum, non debere timeri Deum iudicem, & iudiciorum Dei æternorumque suppliciorum meditationem, esse *conscientiæ* carnificinas & cruces. Quo constituto & *in animos* hominum admisso, nihil mirum *homines ad* omnem impietatem grassari, & ad atheismum accedere, vt dicant etiam, Nõ est Deus. Qui enim Dei timorem præ oculis non habet, neque iudiciorum eius recordatur, iam securè, omnique fræno ceruicibus excusso, in omnem peccati corruptelam præceps abit. At Scriptura sacra impium hoc *commentum* manifestè insectatur. Contendimus (ait Apostolus) siue absẽtes, siue præsentes, placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gesit, siue bonum, siue malum, hoc metu perculsus dicebat Dauid: Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Et Iob: Verebar omnia opera mea, sciens quòd nõ parceres delinquenti. Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Sapiens timet, & declinat à malo. Qui sine timore est, non potest iustificari. Et

Psal. 52.

2. Cor. 5.

Psal. 118.

Cap. 9.

Eccli. 27.

Prouer. 28.

Petrus:

Petrus: Si Patrē inuocetis eū qui ſine perſonarum acceptione iudicat, ſecūdùm vniuſcuiuſque opus; in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini. *1. Per. 1.*

Et Paulus: Noli altum ſapere, ſed time. Et, Cum timore & tremore veſtrā ſalutem operamini. Et, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutē redigo, ne fortè, cùm alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. *Philip. 2. 1. Cor. 9.*

Denique Chriſtus Dominus, Oſtendam, ait, vobis, quem timeatis: Timete eum, qui, poſtquā occiderit habet poteſtatē mittere in gehennam. *Luce 12.*

Valet enim plurimum Dei timor, & iudiciorum metus, ad cohibendam voluntatem ne proruat in malum, ac paulatim, adiuuante Dei gratia, aſſuefaciendam ad amandam iuſtitiam, iuxta quod ait Iſaias: A facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. *Cap. 26.*

Rariſsimē ſiquidem, imò nunquam accidit, vt quiſquam veniat volens fieri Chriſtianus, qui non ſit aliquo Dei timore perculſus. Sed & Hieronymus, licet in vita Chriſtiana magnos progreſſus feciſſet, attamen ita ſemper animo iudicij repræſentabat imaginem, vt ſiue comederet, ſiue biberet, ſiue quid aliud faceret, ſibi videretur audire terrificam illam Angeli tubam, continuò ſuis auribus inſonātem: Surge Hieronymè, veni ad iudicium. *Aug. de catechiz. rudib. cap. 5.*

Ea propter Baſilius, illa Pſalmi verba interpretans; Timorem Domini docebo vos: Si, inquit, te ſenſeris ad vnum aliquod cieri & proſilire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud iudicium. Et deſcriptis ijs quæ meritò formidinem ingerunt, ſubiicit: Hæc tu time, & eiuſmodi terrore eruditus, quaſi frēno quodam abarce animam, & inhibe ad vitioſam *Pſal. 33.*

sam concupiscentiam proruentē. At de eo qui nul-
Psal. 15. lo timore concutitur, ait Propheta: Dixit, sine electione certa voluntatis, ac destinato consilio constituit in corde suo, iniustus, vt delinquat, & quocunque prauata libido impulerit, aut etiam inuitauerit, eò intrepidus feratur: idque propterea quòd nō est timor Dei ante oculos eius, quasi non habeat Deꝰ humanorum actuum rationem, vel in peccata non sit vindicaturus. Quisquis igitur Dei iudicium non veretur, vel illud omnino non credit; si enim certa sit fides necesse est vt certꝰ sit & metus: aut certè iniustitia perseuerantiam, & sempiternæ salutis veternosam illam ac pernicioſam hęreticorum securitatem, stultissime, ac contra apertam Scripturarū fidem, sibi promittit. Qualem si-
Iren li. 1. c. 1. bi promittebāt Valētiniani, iactantes se perire nō posse: quapropter & omnia, quę vetantur, intimoratè operabantur. Qualem & Eunomius, qui vsque
Aug. lib. de haeres. ha. 54. adeò bonis operibꝰ fuisse fertur inimicus, vt asseueraret, quòd nihil cuiquam obesset quorumlibet perpetratio ac perseuerantia peccatorum, si huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset. Habemus quidem Dominum nostrum Iesum Christum apud Patrem aduocatum: sed quia idem,
1. Epist. 2. teste Euangelista Ioanne, iustus est aduocatus, propterea iniquæ causæ patrocinari non potest.
Rom. 3. Alioquin si iniquus est Deus, quomodo iudicabit hunc mundum; Atqui non est æquum vt Christus, cui omne iudicium dedit Pater, hominem iustitiam studiosè proterentem, & in peccatis ad mortem vsque perseuerantem, in iudicio suo patrocinio tueatur. Illud verò quod ex Apostolo

ad

ad erroris confirmationem est productum; Nihil dãnatiõis est ijs qui sunt in Christo Iesu: non cõuincit Christo per baptismũ insitos perire alquãdo non posse: perseuerantibus enim tantũ in stipendio Dei cultu, salus æterna promittitur; & è nuptiali cõuiuio in tenebras exteriores eiicitur nõ habens vestem nuptialem, at Apostoli locus ille docet per baptismũ renouatos, & secũdum carnem non ambulantes, id est, non obtemperãtes carnalibus desideriis, non effici inuolũtarii scarnis motibus reos quibus nõ cõsentiunt, sed mente seruiũt legi Dei. Falsũ est & illud: Inferos & eorũ potestates, à Christo resurgente esse in triumphũ abductos: neque enim diabolus & angeli apostatæ in cælum translati sunt; at sancti Patres dumtaxat, in limbo Saluatorem expectantes, redemptionis primitiæ cum Christo in cælũ ascenderunt, Christus enim in iudicio à sinistris constitutis dicturus est: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et de eorum in malo consortibus hominibus dicit Propheta: Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur: sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Rom. 8.

Mat. 22.

Rom. 7.

Mat. 25.

Psal. 48.

Hactenus ex diuinæ Scripturæ dogmatis hæc mihi decurrit oratio, in qua tritam Patrum viam vestigiatim secutus, neutrobi declino, siue ad dextram: siue ad sinistram. Ab illorum siquidem laboribus, quasi ex prædiuite vena cuiuspiam fontis, modicus hic humor scaturiuit, & ex perenni fluuio tenuis hic defluxus exsiliuit. Tu igitur, Christiane Lector, his quoque semitis insiste, & Apostoli

stolicum depositum illæsus conserua: lachrymis verò prosequere, tantùm sycophantis & nouatoribus nostris licere, vt impudentibus mendaciis incautis hominibus illudant; & dum aliud agere videri volunt, à fide Catholica ad hæresim, & omnimodam diuinæ legis ignorantiã, imperitos traducant: operarij planè subdoli, se in Apostolos
2. Cor. 11. Christi (vt scribit Paulus) transfigurantes: verè alioqui, sicut serpens seduxit Euam astutia sua, piorum sensus corrumpẽtes, dum eos abducunt à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Et hæc cùm ita se habeant, adeò tamen mentis sumus emotæ, vt maioribus in deliciis habeamus rerum diuinarum *histrionicè* irrisores, quàm propugnatores fidei Catholicæ; & diligentiùs manibus tetantur scurrarum impiæ nugæ, & sales sacra quæque ingeniosè discretéque perfricantes, ac hæreticorum scripta contra sanctum Domini oblatrantium, quàm *ad* pietatem & Dei cultum efformantes sermones: *Interim* audiuntur isti, & suauiter imbibuntur, serpitque tandem ad pios contagio, & quasi in vascula quædam laxata, influens hæresis admittitur. Hinc iure verendum existimo, vt Deus non ferens hanc contumeliam, & sacrilegum religionis contemptum, auferat à nobis regnum suum, detque il-
Mat. 21. lud genti facienti fructus eius: & talentum ab eo
Mat. 25. qui non habet, id est; non pro merito ducit, neque legitimè vtitur, in gentem transferat, domino suo illud multo cum fœnore refusuram.

EIVS

EIVSDEM ANTONII POSSEVINI, E SOCIETATE IESV, IVDICIVM DE AVGVSTANA Confeſsione, cuius variatio, & penè antequam prodijt in apertum, interitus examinantur.

Num vlla fidei Confeſsio Auguſtana vnquam reipſa fuerit, ac ſi fuit, quanam illa cenſenda ſit.

CAPVT I.

ETSI nomine Confeſsionis Auguſtanæ aures ſeptemtrionaliũ ita perſonant, vt nemini ferè venire poſsit in dubium, ea ne fuerit aliquid, rectiſsimè tamen ambigi, ac quæri poteſt, an quidquam re vera fuerit. Primùm enim, ſi qua fidei Auguſtana Confeſsio vnquam fuiſſe dicenda ſit, eam fuiſſe, ac dicendam eſſe, quæ Catholica fuerit, neceſſe eſt: quam quidem, ij, qui chriſtianum in Germania promulgarunt Euangelium, initio inuexere: quamuè adhuc & Auguſtanus Epiſcopatus, & Eccleſiæ Catholicæ prædicationis certiſsima veſtigia teſtantur. Sin verò eam accipimus, quam hæretici anno huius ſeculi trigeſimo, Auguſtæ, Carolo Quinto, & ordinibus obtulerunt, ea non vna, ſed plures fuerunt, & quidem diſsidentes inter ſeſe, nec ab ijſdem auctoribus profectæ, vt planè quid iſta ſit ignoretur. Et Principum quidem quorundam confeſsioni ſubſcripſêre Norimbergenſes, ac Reutligenſes: verùm quæ ab alijs quatuor Imperij ciuitatibus oblata

Argẽtina. Koſtnitz. Memingen. Lindau. oblata eſt, alia erat, nec illæ inter ſeſe conuenire potuerunt. Zuingliani enim nomine earum ipſarũ quatuor, ſuam & ipſi Auguſtæ confeſsionem eodem tempore per Gaſparem Hædionem propoſuerunt, quæ à reliquis erat alieniſsima: ſed & cùm triplex non verbis ſolùm, verùm etiam ſententiis, variatio exemplarium vnius & eiuſdem cõfeſsionis Proteſtantium prodiiſſet, incertum eſt ex quibus linteamentis certa ipſius facies agnoſci poſſit. Eadem quidem omnibus erat inſcriptio, qualis procurantibus Luthero, & Melanchthone Carolo Quinto tradita fuerat. At exemplaria nec eadem erant, & inter ſeſe pugnabant, vt diximus. At cùm prior decem & ſeptem, ſecunda viginti octo articulos comprehenderit, Lutherus autem plures alios ſub eiuſdem pallij nomine texerit, & quaſi aliud agens multa inſinuauerit, quibus religionis & Imperij publicę pacis iugulum petebat, mirificè nutarunt, qui in re tam lubrica, pedem figere voluerunt. Accedit quod ſtatim enata, plures annos delituit, vt vbinam gentium eſſet, ac quibus in archiuiis iaceret, neſciri quidem poſſet. Quò verò tota res altius occulteretur, varia ſuppoſita ſunt, vt Apologia Melanchthonis, & alia. Quamobrem non confeſsio, ſed inficiatio, atque negatio Euangelicæ, auitæ, chriſtianæ, ac veræ Auguſtanæ fidei iure optimo vocanda eſt.

Vide Cochleũ de variis præparatoriis ad cõcordiã. Luth. cont. Ambr. Catharinum, de Põtificatu, & de imperio, de poteſtate ſeculari. De Cap. Baby. De confeſſ. ad Franciſcũ cõtra duo. Cæſareæ mandata. In lib. cont. epi. Regis. Anglię.

De ind. Chriſtiana congre. Contra falsò nominatum ſtatum Eccleſiaſt. De humanis traditionibus. De abrogan. miſſa priuata ſermo de S. Cruce.

VARIA

Variationem eiusdem Confessionis Augustanæ ab ipsismet hæreticis agnitam, atque ab eorum plerisque eandem confessionem fuisse reiectam.

CAPVT II.

ET plures quidem protestantium Diuino iudicio cogente non vno loco fassi sunt eandem confessionem sæpè fuisse mutatam, renouatam, ac redditam incertã. Et Melanchthon anno trigesimo huius seculi die 22. Maij, Luthero in hęc verba scripsit. Quotidie multa mutamus: Articuli enim fidei subinde mutandi sunt atque ad occasionem accommodandi. Itane verò? certè, quoniam calcei vestri ad pedes vestrorum, non vestri pedes ad calceos Ecclesiæ aptandi erant. Sed ea mutatio cùm euidentior fieret, quàm vt posset abscondi, eminentiores quidam Augustanis alijs comitijs, ne quasi per nasum abducti ab vno, vel altero Apostata fuissent, prorsus erubescerent, dixerunt, sese Augustanã anno trigesimo editam confessionem (quam videlicet sapientissimi nec viderant, nec quo astu conscripta fuisset cognouerant) nunquam sese deserturos. Ac Geneuenses, Magdeburgenses, Mansfeldenses, Ratisbonẽses, vnà cum Flaccianis odio acti aduersus Melanchthonem, & Vittembergenses idem testati sunt. Quamobrem articulos Schmacaldicos, Catechismum Lutheri, & Saxonicarum Ecclesiarum confessionem in vnũ colligẽtes, corpus (quod rectius dixissent cadauer) doctrinæ nominarunt, & Philippum Melanchthonem accusarunt, tanquam im-

Chytræus fol. 30. 115. 222. 227. in histor. de confess. Aug. Nota Protestantium originem Euangelij.

facile detorqueat, si velit.

Sed Heidelbergenses contra Schmidelinianæ concordiæ librum, Lutherum nec fuisse Prophetam, nec Apostolum, nec vlla miracula edidisse, dicentes, ostendunt etiam pluribus in rebus eundem confessionis Augustanæ eundem ipsum Lutherum sibi contradixisse. Id quod paucissimos ante mẽses fecit, vt edicto omnes ministri Lutherani, ex Palatinatu Rhenano solum vertere coacti sint. Quod eò dicere velim, ne Daniel Tusanus hæreticus nescio quis effrons Caluinianus multum glorietur, quòd in eo solùm substantiam cõfessionis Augustanæ sitam potissimum esse *dixerit*, vt Pontificia (quemadmodum ille blasphemat) abominatio tollatur. Eodem scilicet argumento dixisset, & Turcas, & perfidos quosque, quoniam Catholicam religionem non admittant, pallio confessionis Augustanæ contegi posse.

Lib. suæ cõsolationis. Item de Augustana.

Iam de corpore doctrinæ Lutheranæ *idẽ paulò* pòst accidit, quod de confessione Augustana contigerat. Nam cùm alterum corpus primò Vittembergæ editum fuisset, mox alterum prorsus diuersum prodijt. Vnde inter Lutheranos crudæ illæ controuersiæ, atq; ad rauim vsque clamores excitari fecerunt, vt Mansfeldensis quidã concionator tentauerit, num duobus istis cadaueribus informans aliquis spiritus inspirari posset, quo fierent in aliquam animam viuẽtem: sed ociosè & frustrà omnia. Qui enim simul cohæreant duo sibi contradicentia? Aut ecquid monstrosum non erit, *cui* cùm duo aduersæ speciei capita, & corpora fuerint, id ab vna tantum anima regatur? Sed hæc

Otho hunc cionator Mãsfeldensis.

structores

structores illi egregij destruentes se, & hæ illius tam reformatæ religionis fuere priores formæ, ac symbola incertissima. Quæ tamen pro sua videlicet sapientia vel hæretici, vel politici quidam existimarunt in summam Christi iniuriam, pacandis animis esse posse remedia.

Augustanam, quam vocant confessionem, cùm vniuersæ antiquitati repugnauerit, nec Euangelicum aliquod sapere, nec verò aliquid re vera fuisse, vt ad eam Christianus aliquis prouocare debeat.

Caput iii.

Illud verò euidentissimum est aduersus Augustanam confessionem argumentum, atque iudicium, quod cũ vniuersæ antiquitati repugnauerit, nihil eam veritatis, aut Euãgelicum sapere certissimum sit. Vt enim mittam, nusquã terrarum eiuscemodi dogmata habita fuisse, aut prædicata pro veris, atque Catholicis. Nullam nationem, nullam ciuitatem, nullum doctorem, scriptorem nullum, nullum Principem, aut Imperatorem, vel Regem, nullum omninò hominẽ fuisse, qui anteà vnquam omnia illa crediderit, vel docuerit, quæ ista malè conciliata chymæra prodidit, nullum denique vspiam templum, nullum sacellum extare, vbi antequam Lutherus aduersus Christi Ecclesiam irrumpere conaretur, eius doctrina proposita fuerit: certè & illius, & Melanchthonis, & protestantium omnium testimonium nimis apertè contra eam clamat, quæ omnium seculorum Patribus non minus impiè, quàm impudenter detraxit. Et

poterat verò quicquam arrogantiùs, aut magis blaſphemum quiſquam proloqui, quàm quod fecit Lutherus, cùm D. Hieronymum [a] inquit, fidei, & veræ religionis, ne ſemel quidem in ſuis ſcriptis meminiſſe: Origenem iam olim abs ſe fuiſſe excommunicatum: Chryſoſtomum nullo ſe loco habere: Nihil eſſe, niſi loquaculum: Baſilium nihil planè valere, totum eſſe monachum, ſe ne pili illum facere: Apologiam Philippi ſuperare omnes Doctores Eccleſiæ & ipſum Auguſtinum? Quin te Hieronyme [b] (alibi ait) *conculcamus cum tua* Bethleem, cucullo, & deſerto. Ac præter *alia peſtilentiſſima* dicere [c] audet, Patres tot *ſeculorum* planè cæcutijſſe, imperitiſſimos fuiſſe ſacrarum literarum, tota vita erraſſe, & niſi ante mortem reducti fuerint, neque ſanctos fuiſſe, neque ad Eccleſiam pertinere. Quæ quidē conuitia, & à [d] Melanchthone, & ab [e] alijs, atque [f] vt tanquam *aſpides* è viperis illis venenum exuxiſſe viderentur, aduerſus Antiquitatem, & (vt ſic loquar) venerandam Eccleſiæ caniciem iacta ſunt. Quamobrem aut nunquam vllam Eccleſiam fuiſſe dicendum eſt, aut quod eſt veriſimum, nec Catholicam, neque Apoſtolicam, nec Chriſtianam fuiſſe confeſſionem iſtam Auguſtanam pleniſſimum eſt. Sed & oſtenſum eſt alibi Synodos ſanctiſſimas pari impudentia ab iſtis carpi ſolitas fuiſſe. Quamobrem efficitur confeſsionem iſtam meritò eſſe dicendam nouam, (vti nec diffitetur ipſe Lutherus) ac proinde quæ à fugitiuo monacho temerè *eſt* excogitata, hanc ſapienter à cordatis Catholicis eſſe

a *Lib. de colloq. menſalibus apud aurifab. Nota modeſtiam Lutheri.*

b *Lutherus in Geneſ. c. 22. p. 319.*

c *Lib. de ſeruo. arbitrio.*

d *In reſponſ. ad arti. Bauar. & in 1. ad Cor. 3.*

e *Cal. l. 4. inſtit. cap. 12. ſect. 9. Magdeburgen. capit. 4. circa fin.*

f *Chytra li. de Theol. ſtudio inchoando. Vide Auctoris Libru vlt. contra*

esse reijciendam: tantum abest, vt ad eam sic prouocandum.

Damnationem eiusdem Confessionis Augustanæ ab omnibus Synodis, & seculis: ab omnibus legitimis Imperatoribus, & Regibus: ab omnibus Academijs: ac denique à seipsa, quæ de seipsa incerta prouocauit ad futurum Concilium: quamuis posteà ne ad ipsum quidem hæretici iuerint, aut promissis steterint, validissimum esse argumentum, eandem Confessionem nihil esse præter impiam fraudum & mendaciorum farraginem, ac ideò esse abijciendam.

CAPVT IIII.

ET ipsa orbis Christiani penè omni seculo lata sententia aduersus eosdem errores Augustanę Confessionis validissimum argumentum est, eam esse omnium veterum hæresum, atque impietatum farraginem De Synodis, & aliorum seculorum iudicibus iam constat. De hoc seculo age ostendant hæretici, an Synodus œcumenica Tridentina, ad quam visi prouocare, postea pedem receperunt, an inquam reliquæ Prouinciales Synodi, quæ à Christianis Episcopis celebratæ sunt, an Academiæ vllæ Catholicæ illã admiserint. Imo verò an ijdem ipsi hæretici ipsam admiserint: Certè in præfatione eiusdẽ confessionis, cùm, quo primum tempore, in Augustanis comitijs ea de re actum est, omne desiderium pacis, & beneuolentiæ Catholicis, antesignani protestantiũ polliciti essent, ac verò nisi concordia de omnibus fuisset consecuta ad Concilium generale liberè prouocassent, apud quòd sese ipsos doctrinæ suæ rationem reddituros promittebant

Chytræ⁹ hist. de cõfe. August.

mittebant, id consilij Carolo V. & ordinibus vehementer probatum est, & delecti sunt vtrinque, qui eam rem agerent, qui & cum nostris penè de omnibus consenserunt. Extat verò de vijs præparatorijs ad concordiam, Ioannis Cochlæi (qui ex Catholicis Carolo V. mandante disputationi interfuit) ad Norimbergenses liber, in quo hæc inter alia continentur.

Via V. præparatoria ad cõcordiã.

Etenim (ait Cochlæus) sciunt Reuerendæ & Magnificæ D. V. ante annos decem in celeberrimo conuentu imperiali Augustæ habito, factum fuisse delectum septenarum ex vtraque parte personarum, quæ amico tractatu, & colloquio quærerent piam & Christianam super exhibita protestantium Principum & Ciuitatum confessione redintegrandæ vnitatis, pacisque & concordiæ viam. Id quod ab illis satis diligenter est factum, adeò vt sedula partium disquisitione, & amica interpretatione dictorum ad multorum cõfessionis articulorum vnanimem sensum, & concordiam partium peruentum fuerit. Petimus igitur, vt nunc quoque placeat parti aduersæ, quod tunc ei placuisse constat. Est enim antiqua, & trita honestatis regula, vt quod semel placuit, amplius displicere non debeat, & quod tunc pro vero habuerunt, nunc quoq; pro vero habeãt. Nõ enim à casu, aut fortuna, neque ab auctoritate, aut voluntate hominum, neque à longitudine, aut mutatione temporum, sed ab eo, quòd res est, vel non est, oratio vera aut falsa dicitur. Si ergo hanc, à parte aduersa petitionem (quæ non nisi æqua & honesta, atque etiam pro tẽporis breuitate necessaria videri potest)

Vt cõcordata Augustæ habeantur.

test) nunc obtinebimus (licet eam Serenis. Rex Romanorum, &c. Hagenoiæ à Legatis & Oratoribus aduersæ partis nuper obtinere non potuerit) optatum habebimus ex vtraque parte compendium, breuioremque metho dum ad inueniendam diu iam ab omnibus viris desideratam concordiam. Nam cùm sint tantùm 28. articuli confessionis in eo tractatu super 16. articulis plenè, in multis verò alijs semiplenè (vt sic loquamur) concordatum fuisse constat. Hæc Cochlæus, qui postea pergit.

Articuli concordiæ Augustenſis colloquij.

ETenim in primo articulo, qui est de Trinitate personarum, & vnitate essentię Diuinæ, per omnia concordatum est, similiter & in tertio, qui est de duabus naturis, & vna persona in Christo, & quidem absque omni disputatione, aut contradictione. In secundo autem, qui est de peccato Originali, post nonnullam disceptationem in hæc verba concordatum est, quod peccatum Originale sit carentia originalis iustitiæ, quæ exigit fidem fiduciamque & timorem Dei, quodque concupiscentia ex peccato originali orta, remaneat in homine: Culpa verò originalis peccati per baptismum tollatur, ideſt, quod peccatum originale tollatur, quoad formale, sed maneat quoad materiale. In quarto deinde quintoque & sexto articulis ita concordatum est, vt omitti debeat hæc vox sola, quando de fidei iustificatione loquimur, ne de cætero dicatur, nos sola fide iustificari. In septimo postea, & octauo articulis iterum con-

Concordata de peccato originali.

De fide iustificante.

Nota Schmidelini de Melanchthone testimonium.

Doctrina Lutheranorum de sacramentis loco farciminis habēda.

pium,& proditorem, qui confessionem Augustanam mutilauerit,auxerit,mutauerit. Inter eos verò Ioannes Sturmius est,de quo Schmidelinus sic loquitur.Sturmius librum edidit, ne cõcordiæ consentiretur. Quare? quod Philippus ea damnetur. Fateor, & perspectum est omnibus nostram de Sacramentis doctrinam farciminis loco duxisse, & quod grauiùs est,condemnasse. Fatendum quidem non esse,at negare non possum.Doleo certè, sed dicere cogor. Philippum nostram doctrinam artolatricam iudicasse. Hæc Schmidelinus. Qui cùm interesset colloquio Confessionistarum non multos ante annos manifestissimo testimõio Melanchthonem fuisse sacramentarium cõprobauit: eo inter alia nimirum argumento,quòd Philippus ad Fridericum Rheni Principem literas dedisset, quibus Lutheri doctrinam respuebat, affirmans nec in pane Christi corpus, neque sub panis speciebus cõtineri,sed nuda esse corporis signa. Quæ vt vera esse constaret ipsas literas Schmidelinus deprompsit,& ijs,qui aderant ostendit.

Sturmius autem, Philippus (inquit) ad Caluinum frequentes literas misit, quarum initijs Reuerendiss. semper Dominum & fratrem compellat:quibus verbis monstrauit,quàm sibi confessionis Augustanæ præcipuus artifex constitit.

Peucerus item, cui postea ob nouam hæresim vita est à Lutheranis adempta, ab nullo se vnquam homine ita in Caluinismo, quemadmodum à socero suo Philippo confirmatum fuisse testatus est.

Hessusius quoque, & Vigandus, ac Kirchamer Luthe

Lutheranæ hæreseos buccinatores librum ediderunt, quo Philippum propria epistola verbis eius Altemburgi exaratis Caluinianæ prauitatis condemnant. Sed vt id, quod verissimum est, dicam, non tantùm Caluinianus fuit Melanchthon, quàm regula quædam Lesbia, siue potiùs obliquitas impia, quæ dum sese ad omnes hæreses studebat aptare, sæpè item Catholicam fidem iterũ amplecti velle indicabat, & dum omnes suspensos tenebat, ab omnibus interim haberi singularis mediator, siue potiùs arbiter, artificiosa & latente superbia sedulò curabat, spargens interim proprium virus, & libros, ac scholas quaquauersum in septentrionem excitans, vt in ijs nil penè aliud, quàm eius libri prælegerentur. Vt verò ad confessionem Augustanam reuertamur, Flacciani (vt semper in deterius labuntur hæreses) eam reiicere cœperunt, quippè quam ab vno Luthero, & Philippo confarcinatam, ac præterea mutatã atque corruptam, indignam esse dixerunt, quæ nominaretur Forma veræ religionis: quare & disertè protestati sunt, sese illam non recipere, & sua illa protestatione viginti rationes, cur id non facerent, attulerunt.

Neque enim Illiricus tacuerat, cùm aduersus Melanchthonem scriberet, articulos confessionis Augustanæ, ab eo, non tam oppugnatos, quàm omnes penè fuisse delatos.

Bohemi quoque, qui vocantur Fratres, inter alias causas, cur Augustanam confessionem, quæ anno quadragesimo primo edita est, haud reci- 1541.
piunt, eam adscribunt, quod eius articuli tanta arte scripti sunt, vt quilibet ad suum sensum illos

facile detorqueat, si velit.

Sed Heidelbergenses contra Schmidelinianæ concordiæ librum, Lutherum nec fuisse Prophetam, nec Apostolum, nec vlla miracula edidisse, dicentes, ostendunt etiam pluribus in rebus eundem confessionis Augustanæ eundem ipsum Lutherum sibi contradixisse. Id quod paucissimos ante mẽses fecit, vt edicto omnes ministri Lutherani, ex Palatinatu Rhenano solum vertere coacti sint. Quod eò dicere velim, ne Daniel Tusanus hæreticus nescio quis effrons Caluinianus multum glorietur, quòd in eo solùm substantiam cõfessionis Augustanæ sitam potissimum esse *dixerit*, vt Pontificia (quemadmodum ille blasphemat) abominatio tollatur. Eodem scilicet argumento dixisset, & Turcas, & perfidos quosque, quoniam Catholicam religionem non admittant, pallio confessionis Augustanæ contegi posse.

Lib. suæ cõsolationis. Item de Augustana.

Iam de corpore doctrinæ Lutheranæ idẽ *paulò* pòst accidit, quod de confessione Augustana contigerat. Nam cùm alterum corpus primò Vittembergæ editum fuisset, mox alterum prorsus diuersum prodijt. Vnde inter Lutheranos crudæ illæ controuersiæ, atq; ad rauim vsque clamores excitari fecerunt, vt Mansfeldensis quidã concionator tentauerit, num duobus istis cadaueribus informans aliquis spiritus inspirari posset, quo fierent in aliquam animam viuẽtem: sed ociosè & frustrà omnia. Qui enim simul cohæreant duo sibi contradicentia? Aut ecquid monstrosum non erit, *cui* cùm duo aduersæ speciei capita, & corpora fuerint, id ab vna tantum anima regatur? Sed hæc

Otho hue cinator Mãsfeldẽsis.

structores

structores illi egregij destruentes se, & hæ illius tam reformatæ religionis fuere priores formæ, ac symbola incertissima. Quæ tamen pro sua videlicet sapientia vel hæretici, vel politici quidam existimarunt in summam Christi iniuriam, pacandis animis esse posse remedia.

Augustanam, quam vocant confessionem, cùm vniuersæ antiquitati repugnauerit, nec Euangelicum aliquod sapere, nec verò aliquid re vera fuisse, vt ad eam Christianus aliquis prouocare debeat.

Caput iii.

Illud verò euidentissimum est aduersus Augustanam confessionem argumentum, atque iudicium, quod cũ vniuersæ antiquitati repugnauerit, nihil eam veritatis, aut Euãgelicum sapere certissimum sit. Vt enim mittam, nusquã terrarum eiuscemodi dogmata habita fuisse, aut prædicata pro veris, atque Catholicis. Nullam nationem, nullam ciuitatem, nullum doctorem, scriptorem nullum, nullum Principem, aut Imperatorem, vel Regem, nullum omninò hominẽ fuisse, qui anteà vnquam omnia illa crediderit, vel docuerit, quæ ista malè conciliata chymæra prodidit, nullum denique vspiam templum, nullum sacellum extare, vbi antequam Lutherus aduersus Christi Ecclesiam irrumpere conaretur, eius doctrina proposita fuerit: certè & illius, & Melanchthonis, & protestantium omnium testimonium nimis apertè contra eam clamat, quæ omnium seculorum Patribus non minus impiè, quàm impudenter detraxit. Et

poterat verò quicquam arrogantiùs, aut magis blasphemum quisquam proloqui, quàm quod fecit Lutherus, cùm D. Hieronymum [a] inquit, fidei, & veræ religionis, ne semel quidem in suis scriptis meminisse: Origenem iam olim abs se fuisse excommunicatum: Chrysostomum nullo se loco habere: Nihil esse, nisi loquaculum: Basilium nihil planè valere, totum esse monachum, se ne pili illum facere: Apologiam Philippi superare omnes Doctores Ecclesiæ & ipsum Augustinum? Quin te Hieronyme [b] (alibi ait) *conculcamus* cum tua Bethleem, cucullo, & deserto. Ac præter alia *pestilentissima* dicere [c] audet, Patres tot *seculorum* planè cæcutijsse, imperitissimos fuisse sacrarum literarum, tota vita errasse, & nisi ante mortem reducti fuerint, neque sanctos fuisse, neque ad Ecclesiam pertinere. Quæ quidē conuitia, & à [d] Melanchthone, & ab [e] alijs, atque [f] vt tanquam *aspides* è viperis illis venenum exuxisse viderentur, aduersus Antiquitatem, & (vt sic loquar) *venerandam* Ecclesiæ caniciem iacta sunt. Quamobrem aut nunquam vllam Ecclesiam fuisse dicendum est, aut quod est verissimum, nec Catholicam, neque Apostolicam, nec Christianam fuisse confessionem istam Augustanam plenissimum est. Sed & ostensum est alibi Synodos sanctissimas pari impudentia ab istis carpi solitas fuisse. Quamobrem efficitur confessionem istam meritò esse dicendam nouam, (vti nec diffitetur ipse Lutherus) ac proinde quæ à fugitiuo monacho temerè est excogitata, hanc sapienter à cordatis Catholicis

[a] *Lib. de colloq. mensalibus apud aurifab. Nota modestiam Lutheri.*
[b] *Lutherus in Genes. c. 22. p. 319.*
[c] *Lib. de seruo. arbitrio.*
[d] *In respons. ad arti. Bauar. & in 1. ad Cor. 3.*
[e] *Cal. l. 4. instit. cap. 12. sect. 9. Magdeburgen. capit. 4. circa fin.*
[f] *Chytra li. de Theol. studio inchoando. Vide Autoris Libru vlt. contra*

Chytraum. Lutherus in Compendiaria confessione sacramenti.

esse

esse reijciendam: tantum abest, vt ad eam sic prouocandum.

Damnationem eiusdem Confessionis Augustanæ ab omnibus Synodis, & seculis: ab omnibus legitimis Imperatoribus, & Regibus: ab omnibus Academijs: ac denique à seipsa, quæ de seipsa incerta prouocauit ad futurum Concilium: quamuis posteà ne ad ipsum quidem hæretici iuerint, aut promissis steterint, validissimum esse argumentum, eandem Confessionem nihil esse præter impiam fraudem & mendaciorum farraginem, ac ideò esse abijciendam.

CAPVT IIII.

ET ipsa orbis Christiani penè omni seculo lata sententia aduersus eosdem errores Augustanę Confessionis validissimum argumentum est, eam esse omnium veterum hæresum, atque impietatum farraginem De Synodis, & aliorum seculorum iudicibus iam constat. De hoc seculo age ostendant hæretici, an Synodus œcumenica Tridentina, ad quam visi prouocare, postea pedem receperunt, an inquam reliquæ Prouinciales Synodi, quæ à Christianis Episcopis celebratæ sunt, an Academiæ vllæ Catholicæ illã admiserint. Imo verò an ijdem ipsi hæretici ipsam admiserint: Certè in præfatione eiusdẽ confessionis, cùm, quo primum tempore, in Augustanis comitijs ea de re actum est, omne desiderium pacis, & beneuolentiæ Catholicis, anteasignani protestantiũ polliciti essent, ac verò nisi concordia de omnibus fuisset consecuta ad Concilium generale liberè prouocassent, apud quòd sese ipsos doctrinæ suæ rationem reddituros promittebant

Chytræ⁹ hist. de cõfe. Aug.

mittebant, id consilij Carolo V. & ordinibus vehementer probatum est, & delecti sunt vtrinque, qui eam rem agerent, qui & cum nostris penè de omnibus consenserunt. Extat verò de vijs præparatorijs ad concordiam, Ioannis Cochlæi (qui ex Catholicis Carolo V. mandante disputationi interfuit) ad Norimbergenses liber, in quo hæc inter alia continentur.

Via V. præparatoria ad cõcordiã.

Etenim (ait Cochlæus) sciunt Reuerendæ & Magnificæ D. V. ante annos decem in celeberrimo conuentu imperiali Augustæ habito, factum fuisse delectum septenarum ex vtraque parte personarum, quæ amico tractatu, & colloquio quærerent piam & Christianam super exhibita protestantium Principum & Ciuitatum confessione redintegrandæ vnitatis, pacísque & concordiæ viam. Id quod ab illis satis diligenter est factum, adeò vt sedula partium disquisitione, & amica interpretatione dictorum ad multorum cõfessionis articulorum vnanimem sensum, & concordiam partium peruentum fuerit. Petimus igitur, vt nunc quoque placeat parti aduersæ, quod tunc ei placuisse constat. Est enim antiqua, & trita honestatis regula, vt quod semel placuit, amplius displicere non debeat, & quod tunc pro vero habuerunt, nunc quoq; pro vero habeãt. Nõ enim à casu, aut fortuna, neque ab auctoritate, aut voluntate hominum, neque à longitudine, aut mutatione temporum, sed ab eo, quòd res est, vel non est, oratio vera aut falsa dicitur. Si ergo hanc, à parte aduersa petitionem (quæ non nisi æqua & honesta, atque etiam pro tẽporis breuitate necessaria videri potest)

Vt cõcordata Augustæ habeantur.

test) nunc obtinebimus (licet eam Sereniss. Rex Romanorum, &c. Hagenoiæ à Legatis & Oratoribus aduersæ partis nuper obtinere non potuerit) optatum habebimus ex vtraque parte compendium, breuioremque metho dum ad inueniendam diu iam ab omnibus viris desideratam concordiam. Nam cùm sint tantùm 28. articuli confessionis in eo tractatu super 16. articulis plenè, in multis verò alijs semiplenè (vt sic loquamur) concordatum fuisse constat. Hæc Cochlæus, qui postea pergit.

Articuli concordiæ Augustensis colloquij.

ETenim in primo articulo, qui est de Trinitate personarum, & vnitate essentiæ Diuinæ, per omnia concordatum est, similiter & in tertio, qui est de duabus naturis, & vna persona in Christo, & quidem absque omni disputatione, aut contradictione. In secundo autem, qui est de peccato Originali, post nonnullam disceptationem in hæc verba concordatum est, quod peccatum Originale sit carentia originalis iustitiæ, quæ exigit fidem fiduciamque & timorem Dei, quodque concupiscentia ex peccato originali orta, remaneat in homine: Culpa verò originalis peccati per baptismum tollatur, idest, quod peccatum originale tollatur, quoad formale, sed maneat quoad materiale. In quarto deinde quintoque & sexto articulis ita concordatum est, vt omitti debeat hæc vox sola, quando de fidei iustificatione loquimur, ne de cætero dicatur, nos sola fide iustificari. In septimo postea, & octauo articulis iterum con-

Concordata de peccato originali.

De fide iustificante.

cordatum est, per declarationem huius verbi sanctorum, quod vtraque pars fateri debeat: In Ecclesia in hac vita esse etiam malos & peccatores. In nono, qui de Baptismo est; & in decimo, qui est de Eucharistia, plenè concordatum est. Adiecto vno verbo, Realiter, quãdo dicitur in Eucharistia corpus & sanguinem Christi verè adesse. Additũ est, contra Sacramentariorum fraudulentias, Realiter, Teutonicè Vvesendtlich. Sic & *in* 13. 14. 16. 17. 18. & 19. piè ac benignè concordatum *fuit*, ita vt nullus in eiusmodi articulis remaneret inter nos dissensionis scrupulus. In cæteris verò, etsi non per omnia concordare potuerimus, operæ tamen pretium videtur nobis, Reuerendis & Magnificis D. V. cõmemorare, quibusnam in punctis ipsi suis proprijs scriptis, & attestationibus consenserint nobis.

De tribus partibus pœnitentiæ.

Etenim circa xij. articuli examen, hanc nobis dederunt suam in hæc verba scripturam; & sententiam. Non recusamus tres partes Pœnitentiæ ponere, scilicet contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiæ, agnito peccato. Confessionem, sed in hoc oportet respicere ad absolutionem, & illi credere. Non enim remittitur peccatum, nisi credatur, quod propter meritum passionis Christi remittatur. Tertia pars est satisfactio, videlicet digni fructus pœnitentiæ. Sed propter satisfactiones concorditer sentimus, non remitti peccatum, quò ad culpam. Verùm de hoc nondum conuenit: vtrum necessariæ sint satisfactiones ad remissionem peccati, quò ad pœnam.

De cultu sanctorũ.

Et circa articulum 21. admiserunt nobis, quòd omnes

omnes Angeli, & Sancti Dei, in cœlo orant, & intercedunt pro nobis, quodque vsus Ecclesiæ, quo sanctorum commemorationes, & festa celebrat, Deumque orat, vt sanctorum nos intercessio adiuuet, piè Christianè, & rectè seruatur. Et circa sequentes articulos in scripto quodã suo Teuthonico confessi sunt, & admiserunt, vt sequitur.

De vtraque specie.

Nempè circa articulum xxij. qui est de vtraque specie Sacramenti Eucharistiæ, consentientes nobiscum, dixerunt, Sacramentum illud non debere sumi absque confessione præuia. Et rursus in scripto quodam suo amplius mentem suam nobis declarantes, ita dixerunt: Indicauimus vobis, non esse partis nostræ opinionem aut sentẽtiam, quòd prædecessores nostri defuncti, aut alij Christiani in alijs terris, & nationibus degentes, qui sub vna tantum specie vniuersale Sacramentum corporis & sanguinis Christi sumpserunt, aut sumunt, sint damnandi. Hanc enim nobis (inquiunt) informationem in scheda quadam fecimus, quod institutio quidem Christi & ad sacerdotes, & ad laicos pertineat, verùm tamen sit ceremoniale præceptum, dispensabile in quibusdam casibus necessitatis. Idcircò existimatur, ac minimè dubitatur, quòd multi defuncti, & viuẽtes in Christianitate, qui sic sub vna tantùm specie sumpserũt, & adhuc sumunt, non sint propterea damnandi, sicut & nos ob id eos nequaquam damnamus. Hæc ibi. Sed & in hoc concordarunt, quod nobiscum credant, verùm Christum, verùm Deum & hominem cùm corpore & sanguine esse sub vtraque specie, & sub qualibet. Imò & hoc in amica illa disputatione

putatione admiserunt nobis, quod non existimerint eos, qui sub vna tantùm specie communicant, peccare. Hactenus Cochlæus.

Sed videamus: an fidē datā vel in cōsensu retinēdo, vel in alijs promissis præstiterint. Lutherus enim ista inaudiēs, Nec placet (inquit) nec placere potest pacis cōditio, ira ferueo, ira penè discrūpor. Philippum deinde monuit vt domum rediret inquam celerrimè, siue clàm, siue palàm effugeret. Vide furentis & omnem compositionem auersantis cacodæmonis rabiem. *Sic itaque illi abierunt retrorsum*, & Norimbergenses *conquesti Melanchthonem* nimium descēdisse, ad eum *scripserunt*, Monasteria & ceremonias admittere, quid aliud est, quàm missam tolerare? Pœnitētiam trium partium toleraſti, & confirmasti: intercessionem Angelorum, & Sanctorum, quod non oportebat, admisisti. si ista Episcopis concedis, Lutheri *dogma* destruis. Prætereà commonefecere *Lutherum, caueret* diligentissimè ne sua doctrina *euerteretur*. Ex quo vides quem vitulum Samaritæ *sibi* conflarunt, conflatū excitarūt, excitatum adorauerunt, & Christi loco adorant adhuc. Atqui astum quoque Satanæ, ac Lutheri eius in eo perspice, quòd hic ad Generale Concilium prouocans, nihil minùs quàm hoc cogitabat: Epistolam enim Thomus Germanicus Ienensis continet, quæ est quinta ad Philippum Melanchthonem scripta, anno 30. die S. Margaritæ sacra scriptā. Verumtamen posteaquam (ait) isthæc mendacissima diabolorum capita ludunt in permittendo Concilium liberum sic volo & ego cum eis ludere, volóque ab eorum

Notate ô viri quibus est cor.

Zughē safrige Teufels topffe.

som

somnijs appellare ad illud ipsum Concilium, quod tamen nunquam futurum est, vt ego interea in pace agam. Hæc ille. In quibus vides, quorsum spectauerit. Nempè vt latiores progressus hæreses suæ impunè facerent. Coacta est enim œcumenica Synodus Tridenti, in libera ciuitate. Interfuêre Principum penè omnium Christianorum Legati: fides publica data; Iudices ijdem, & assessores fuêre, qui ab Apostolorum seculo & semper fuerunt, & quos ipsi hæretici Augustæ legitimos esse confessi fuerant. Si quis Tridentinum aduenit ex Protestantibus, impunè abiit, licet perstiterit in sua pertinacia. Ex omnibus interim partibus concurrerunt intrepidi Episcopi per media maria, & Regna, quæ non minus bellis, quàm illa fluctibus, & pyratis excurrentibus feruebant. Soli Apostatæ d emorãtes cum suis monialibus nõ venêre: sed interim mouerunt bella, ciuitates ademerunt imperio; cœnobia eraſere: fœtus hæresum multiplices pepererunt, viã ad atheismos spacioſam, & latam, complanarunt: & ecce confessionis Augustanæ, atque Euangelicæ istius doctrinæ præclarissima trophea.

Auffdas ich die vueil friede hette.

An verò Academiæ vllæ Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ, Germanicæ, Belgicæ, eandem confessionem approbauerint: nemo non nescit. Confutatam enim, & damnatam vnanimes, & oculatissimi omnes Theologi reiecerunt, & anathemate confoderunt.

Carolus autem Quintus, ad quem tanquam ad iudicem visi sunt confessionis artifices primò prouocasse, si quo modo ad suas partes Christianissimum

niſsimum Principem illicere potuiſſent, ne illam quidem, cùm ſibi fuiſſet oblata, attingere voluit. Teſtati ſunt id Saxonici ipſi miniſtri in colloquio Altenburgenſi 22. Decembris, *fol. 143.* cum ſcripta reliquerunt hęc verba. Ita inuictiſsimo Imperatori Carolo Auguſtana confeſsio diſplicuit, vt neque nomen illius audire æquo animo poſſet Germanicè illi ſic. Nach dem, dem groſz mechtigen Keyſer Carolo V. die Aufpurgſche Confuſion ſo verleidet vnd zu vuider geueſen, das er auch dieſelbe nicht hatt nennen horen mogen.

Lib. 1. epiſt. à Peucero editarum Vitęber. 1570. pa. 408.

Et Melanchthon ad Ioānem Obernburgerum, qui erat à ſecretis Caroli V. In Comitiis Auguſtanis (inquit) triſti, ac atroci ſententia damnati ſumus.

Sed & in receſſu Imperiali Auguſtæ, Carolus Quintꝰ hęc ipſa verba ſcribi iuſsit. Et licet *doctiſſimorum* diuerſarum nationum virorum *ea* (confeſsio Auguſtana) fortiſsimis ſacri Euangelij, & ſanctæ ſcripturæ argumentis refutata ſit, & reiecta, non tamen hoc ab illis obtinere potuimus, vt cum noſtris Principibus, aliiſque ciuitatum multarum ordinibus de omnibus articulis fidei conſentirent, Germanicè ille ſic.

Vnd vuie vuol vuir nach gehalten vnd beſtēdigen rath fruteflicher gelerter Theologen aus vielen Nationem, ſolch ir Augſpurgiſche Confeſsion mit dem S. Euangelion, vnnd der S. ſchrifft gutten grundt

vuider

vuider legem vnd ableinen lassen, so hatt, doch solchs bey tnen so viel nicht vermocht, das sie sich mit vns iursten, vnd andern gemeinen stenden in allen artickeln vergleichen hetten.

Quæ cùm ita sint, an ne adhuc intelligunt rem vndique damnatam haud esse legitimũ tribunal, ac ne aliquid quidem ex quo sententiam vllam meritò pro se ferant, aut hæreses suas fulcire possint? Certè putidissimum est, & magni defectus fidei indicium euidens, cùm eam coniungendam esse cum religione Catholica aliqui putent.

Ex Lutheri missione, qui confessionem Augustanam primus texuit, effici hanc à Diabolo fuisse, ac proindè ad illam non esse confugiendum.

Caput v.

SED & ipsa Lutheri aduersus Ecclesiam irruptio (non missio) cùm de cœlo non fuerit, etsi isti, qui sunt extra omnem ordinem, extraordinariam illam esse olim comminiscebantur, certissimum est signum, cur confessio ista vndique vnà cum aliis hæresibus explodenda sit. Licet (vt ipsimet Deo vrgente, sese in dies magis produnt) & hanc & Caluinianã deinceps, mox pleraſque alias explodunt, dum apud eos tragicæ istius fabulæ scæna non solùm quinto (vt iubet ille) verùm & centesimo fit productior actu. At quod nõ à Deo, sed à cacodæmone Lutherus in istã palestram descenderit, certa quidem, quæ hactenus scripsi, testantur, verumtamen & quæ sequuntur liquidiùs adhuc

Hora. in Pœ.

adhuc rem ipſam ob oculos ponunt. Primum igitur eſto diabolicæ miſsionis ſignum blaſphemiæ ſpiritus, qui aliquot annos hominem peſsimè habuit, dum ſatanas illius ſic volentis ingenium formabat ad Chriſti ſcindēdā Eccleſiam. Ego autem (inquit) qui me, vtcunque monachus irreprehenſibilis viuebam, ſentirem coram Deo eſſe peccatorem inquietiſsimæ conſcientiæ, nec mea ſatisfactione placatum confidere poſſem, non amabam, imo odibam iuſtum, & punientem peccatores Deum: tacitáque ſi non blaſphema, certè ingeniti murmuratione indignabar, Deo dicēs: *Quaſi* verò non ſatis ſit miſeros peccatores & æternaliter perditos peccato originali, omni genere calamitatis oppreſſos eſſe per legem Decalogi, niſi Deus per Euangelium dolorem dolori adderet, & etiam per Euangelium nobis iuſtitiam, & iram ſuam intentaret: furebam itaque ſæua, & perturbata conſcientia. Ac nō ita multò pòſt. Igitur quanto *odio* vocabulum, (Iuſtitia Dei) oderam ante, *tanto* amore dulciſsimum mihi vocabulum extollebam: ita mihi iſte locus Pauli fuit verè porta paradiſi: poſtea legebam Auguſtinum de ſpiritu & litera, vbi præter ſpem offendi quod & ipſe Iuſtitiā Dei ſimiliter interpretatur, qua nos Deus induit, dum nos iuſtificat. Et quanquam imperfectè hoc adhuc dictū ſit, ac de imputatione non clarè omnia explicet, placuit tamen iuſtitiam Dei docere, qua nos iuſtificemur. Hæc Lutherus.

In præf. Tom. 1.

Ex quibus dum nutantem hominis animum, & ſæuam ac perturbatam (vt ille ſuam vocat) conſcientiam intelligimus, non difficili negotio quiſque

que spiritualis vir cernit, Satanæ vias, Apostatæ illius præcipitem mentem, omnium hæreticorum lapsus. Dum enim Lutherus in Catholica Ecclesia nimia trepidatione Diuinæ iustitiæ, ac scrupulis ageretur (nempè quòd latebat aliquis serpens in herba) à seniore quodam monacho (qui putabat hominem ad spem meliorem erigere posse) persuasus, vt non solùm remissionem peccatorum in genere datam iuxta symboli tenorẽ, verùm etiam firmissimè crederet sibi esse remissa peccata, atque hunc esse illius articuli sensum: excepit lutulentum vas quæ sibi à Dæmone infundebatur, atque illicò ad alterum extremum præcipitatus monstrosa illa dogmata euomuit de sola & speciali fide iustificante, de imputata iustitia, de Christiana quadam inaudita libertate, ac de pluribus alijs quondam damnatis hæresibus, seque in cœnum omnium voluptatum prouoluit. Qui sanè si perpendisset, dum timore diuinæ iustitiæ (licet nimis seruili) tenebatur, vixisse se tamen & monachum, & (vt ipsemet ait) irreprehensibilem, profectò agnouisset astutias satanæ amantis extrema, scrupulósque & culices hominibus proponentis, vt eos primò colantes, tædio denique virtutis afficiantur, sicque in omnem licentiam effusi, camelos deglutiant. De iustitia verò Diuina sic in bonitate sensisset, vt & illam vnà cum Diuina misericordia posse stare credidisset, nec detorsisset Apostolum ad insanos mentis suæ fluctus, in quibus fidei naufragium fecit, neque Dei verbo sensum ademisset, vt impia cuiusdã solius fidei voce supposita constantem Ecclesiæ, ac quidem etiam

Melanchthon in præfat. in to. 2. operum Lutheri.

Aug. de natura & gratia cap. 1. ipſius Auguſtini doctrinam euerteret. Qui vnus inter alios pluribus locis euidentiſsimè, quænam iuſtitia fidei ſit, expoſuit. Et hanc (inquit ille) iuſtitiam (nempè nō qua Deus iuſtus eſt, ſed qua iuſtos nos facit) non in præcepto legis, quo timor incutitur, ſed in adiutorio gratiæ Chriſti, ad quam ſolam vtiliter legis veluti pædagogi timor ducit, conſtitutam eſſe qui intelligit, ipſe intelligit, quare ſit Chriſtianus.

Sed alterum fuit ſatanicæ Lutheri *miſsionis* indicium: Priuatæ nempè miſſæ *diabolico* (vt ipſemet ait) inſtinctu abs ſe procurata abrogatio. Neque enim ſi Miſſa res mala fuiſſet, eam *ſatanas omnium malorum* cupidiſsimus Lutherum abrogare docuiſſet.

Libr. de miſſa priuata.

Tertium eſt: finis, quò totam iſtam tragœdiam excitans præcipuè ſpectauit. Non enim ob Deum id agere teſtatus eſt idem Lutherus, & in diſputatione Lipſica monitus ab optimi Georgij *Ducis* Conſiliarijs, nihil vt per iram, ſed omnia *modeſtè* ageret: Non propter Deum (inquit) hæc *res* cœpta eſt, nec propter Deum finitur.

Hieronym. Empſetus, & Cochlæus in actis Lutheri.

Quartum: Perturbatio animi, tum ex odio, erga Pontificem Maximum, quamobrem vel Carolſtadio in veritate Euchariſtiæ perneganda aſſentire extenſis (inquit) omnibus neruis cupiebat. Perſpiciebā enim (ait) hac de re Papatui cum primis me valdè incommodare poſſe. Tum ex inuidia, qua contra Indulgentias diſputauit, iniquè ferens earum promulgationē à ſuis Auguſtinianis ad Tetzelium Dominicanum fuiſſe delatam. Orta tamen controuerſia fatetur ſe non fuiſſe progreſſurum longiùs,

Luth. To. 7. epi. ad Argen. c. Et in cōfeſs. parua teſtibus ad monit ad lib. cōcor. In præfa. to. 1. circa finem.

longiùs, si aduersarium suum Tetzelium compressissent.

Ad odium verò, & inuidiam accessit falsæ gloriæ cupiditas, qua se incensum fuisse in controuersia de indulgentijs persequenda testatur. Et fouebat me vtcunque (inquit) aura ista popularis, quod inuisæ iam essent omnibus artes, & Romanationes illæ. Quod sanè superbiæ signum vel ipsi hæretici Tigurini in eo notârunt, cùm pro Zuinglio scribentes dixerunt: Prophetæ & Apostoli Dei gloriæ non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant. Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & in omnibus correptionibus suis plurimũ habet maligni spiritus, quàm vt eum amici, & paterni animi habere deprehendatur. Hæc ille. *In præfa. Tom. 1.* *Tigurini in respõ. ad Lutherũ pro Zuinglio.*

Quintum: animi impotentia, æstúsq; philautiæ, qua vniuersam Ecclesiæ vnitatẽ scindere maluit, quàm vel minimum de sententia sua decedere, licet de sua doctrina dubitaret. Ego verò, ait, tam confidens, & certus non fui: multa enim ignorabam, quę nunc scio. Denique de indulgentijs quid essent, prorsus nihil sciebam. *In præfa. Tom. 1.* *Præfa. to. 1. & præfati. ad propositiões suas de viribus hominis.*

Sextam: Irruptio temeraria & casu, non voluntate, nec studio (quãtò minus afflatu Diuino) facta, ad grauissimas de rebus fidei controuersias pertractandas. Solus (inquit) primo eram, & certè ad tãtas res tractãdas ineptissimus, & indoctissimus: casu enim non voluntate, nec studio in has turbas incidi, Deum ipsum testor, hæc ille. Quod si solus initio fuerat. Lutherus, ergo tunc in nulla erat Ecclesia Ethnic⁹ igitur & publican⁹ Christo ipso iu- *Notate Protestãtes & erubescite.*

dice, ac suo ipsius iudicio condemnatus fuit.

Septimum: Apostasiæ ipsius initium eodem signo consignatum, quo hæreticos consignatum iri Apostolus docuit, inquiens. Et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs. Nam & ipse sacra virgine incesto sibi connubio copulata, ac bello virginitati, ac omnis continentiæ votis indicto, Euangelici pudoris septa reserauit, & infernalis impudicitiæ gurgitem sceleratissimus oppleuit. Nam & inde pronunciauit illud infœlix verbum, *Ideò es conditus à Deo, vt sis maritus aut vxor, & alibi. Si non vult vxor, veniat ancilla.* *In cap. 30. Gen. pa. 55.*

Octauum: Perpetua in articulis fidei dubitatio. Id quod cum de illius Atheismis liquidò alibi monstrauimus, tum passim ipse suis scriptis ostendit. De Noë enim differens. Ac profectò insignis (inquit) fuit Noach fides, qui huic Dei voci potuit credere. Ego profectò (ait) non credidissem. Et alibi. Ego (inquit) circiter triginta annos *legi Biblia* summo studio, & diligentia, tamen nondum ita sanatus sum, vt plena fiducia acquiescere queã remedijs diuinitus ostensis. *In commen. in Genes. Luth. c. 7. in Gen. to. 6. pag. 105. & in c. 45. pa. 664.*

Nonum: Quod reclamante conscientia decennium (vt ipse de se fatetur) aduersus Ecclesiam pugnauerit, ac proinde in hæresi perstiterit. Vltra decennium (inquit) auctoritate, conscientia, multitudine martyrum, Episcoporum, Pontificum, Conciliorum & Academiarum sic motus sum, vt incredibile esset, hanc Troiam tanto tempore tot bellis inuictam posse aliquando capi. Et alio *loco*: Cum omnia argumẽta superassem per scripturas, *To 2. lib. de seruo arbitrio, & in præfat. ad propositiões suas de viribus hominis. Tomo 1.*

hoc

hoc vnum cùm summa difficultate ; & angustia tandẽ(Christo fauente,)(imò diabolo instigante) vix superaui:Ecclesiam esse audiendam.

Li. cõtrà Henricũ Anglia Regem, epist. ad Argent. Lib. admonitor. ad lib. 1. concor. Bergen. In Postilla minore super Domi. 1. Aduent. p. 1. &c. b. epi. ad Galatas. & c. 23. in Gene. p. 327. & Schmidelinus concione quadam sua. 2. Pet. 2. 2. Tim. 3. Cyp. li. 4. epist. 2. Aug. in Psal. 57. Athana. sermone cõtra oẽs hæreses.

Reliqua sunt. In primis:Maledicentissima illa insolentia, qua & seipsum Euangelistam passim vocat, & omnes alios præ se despicit,cùm & scripserit, Certus sum me habere mea dogmata de cœlo. Neque ego,ait,quæro quid Ambrosius,Augustinus,Concilia, & vsus seculorum dicunt.

Deinde sordidissima verba, quæ vbique vel dixit, vel suis scriptis insperſit, de quibus cùm libellus cuiusdã Flascij nomine paucos ante annos euulgatus fuisset, Lutherani quidam ex operibus Lutheri easdem sordes magno labore elidere conati sunt,quæ etsi ita detonsa in lucem ediderunt, tantò tamen impudentiùs mendacium apparuit, quantò pleniora sunt omnia Germaniæ loca librorum Lutheri sæpius emissorum, quibus illa continentur.

Præterea cessatio penè subita ipsius doctrinæ Lutheranæ. Quæ enim cœpit anno huius seculi decimo septimo,ea vigesimo quinto à Zuinglianis ita labefactata est, atque diuulsa, vt omnes ipsius sectarij vel ad Zuinglij sordes,vel ad Carolstadij fæces,vel ad Caluinianas fraudes sese aggregauerint,vel alijs hæresum variatũ aut denique (quod nunc inter istos passim fit) Atheismorũ magistris sese totos addixerint: Quare hæreticos D. Petrus vocat Magistros mendaces,inducentes sibi celerẽ perditionem, & Apostolus vltra non profecturos dicit: Et S. Cyprianus eos ait semper inter initia ferueре, incrementa verò habere non posse, sed

ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. *Ac* B. Auguſtinus monet, ne nos terreant fluuij, *qui* dicuntur torrentes: decurrit (inquit) aqua ad tempus, perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt.

Mitto verò deprauationem ſacrarũ literarum, quod q; hæreſes omnes Lutheri tum omniũ Conciliorum, & Patrum cõſenſione damnatæ, tum per illum ab inferis excitatæ fuerint. Deniq; quod ille non ad Ethnicos vel Indos ad *Chriſti Eccleſiam* adiungẽdos, ſed ad Chriſtianos *ſolùm peruertendos* omnem conatum adhibuit. *Nimirum* Deo ſapientiſsimè prouidente, vt & *illud Euangelicum* agnoſceretur. A fructibus eorum *cognoſcetis eos* (homines enim ex Lutheri prædicatione) vel *ipſo* teſtante (peſsimi effecti ſunt) & vt veriſsimum id eſſe cõſtaret, quod tot ante ſecula Tertullianus de hæreticis adnotauit. Quibus (ait) negotium eſt nõ Ethnicos conuertendi, ſed noſtra euertendi, noſtra (inquit) effodiunt, vt ſua ædificent. Cernitis, *qui* confeſsionem Auguſtanã pro Chriſtiana *eſtis* amplexi, quodnã par idolorum vel vitulorum, Lutherum nẽpè & Melanchthonẽ, quos coleretis vobis excitaſtis. Qui ſi quid ſapitis, & iuſtũ Dei iudiciũ, quod eſt præ foribus, exhorreſcitis, ſanè ad Catholicam Eccleſiam properè feſtinabitis.

Tertull. de præſc. hæret.

Hiſtorici & Theologici huius ſeculi, qui confeſsionis Auguſtanæ variationes & impoſturas vel retexerunt, vel euidẽtiſsimis rationibus ex Dei verbo petitis refutarũt.

CAPVT VI.

CÆterum ne hîc longum faciam, quòd *huius* loci nõ eſt proprium: & verò vt bonis mentibus

tibus Septentrionalium pateat, vnde confessionis Augustanæ articuli omnes cognosci, & refutari possint, addamus hæc pauca. Legant igitur primò librum non adeò magnum, cuius hæc est in fronte inscriptio.

De quadruplici concordiæ ratione, & consideratione, super confessione Augustana Protestantium quòrundam Romani Imperij Principum, ac Statuũ Cæsareæ Maiestati Augustæ exhibita, quo libro Ingolstadij quadragesimo tertio huius seculi anno edito authore Ioãne Cochlæo, & ex parte Arnoldo Vesalienſi hæc continentur.

Breuis ad singula puncta confessionis responsio Augustæ priuatim scripta Anno trigesimo. I.

Compendiosa explicatio actorum Augustæ in septenorum tractatu Hagenoiæ, Serenissimo Regi Romanorum, &c. tradita, Anno quadragesimo. II.

Septem viæ præparatoriæ ad ineundam per colloquium concordiam Vormaciæ ad Præsidentes colloquij scriptæ Anno 40. III.

Discussio omnium confessionis, & Apologiæ Augustanæ articulorum, quidnam in eis possit, & quid non possit à Catholicis approbari, ac recipi, Ratisbonæ elucubrata, Anno 41. IIII.

Deinde legant Fridericum Staphylum de Trimembri Theologia, & successione discipulorum Lutheri. Qui vnus Staphylus pro sexcentis sufficit.

Georgium Craderum Olomucensem.

Harmoniam confessionis Augustanæ ab Andrea Fabricio Leodio editã, in qua & iudicium, &

condemnatio à Carolo V. Cæsare, & omnium *in* ea articulorum confutatio collecta est, tum ex *ipso* Fabricio, tum ex Ioanne Cochlæo, Alphonso Viruesio Episcopo Canariensi, Ioanne à Dauentria, Ioanne Hoffmeistero Theologis doctrina, & morum honestate præstantibus.

Ruardum Tapperum, & Iacobum Latomum, Theologos Louaniēses, Ioannem Fabrum, qui & libellum conscripsit de Antilogijs Lutheri.

Ioannem Cochlæum, *Fontanum, Surium*, Genebrardum, Lutheranorum *actorum historias* scribentes.

Guilielmum Damasi Lindanum Ruremundensem Episcopum, tam in Apologetico ad Germanos pro religionis Catholicæ pace, atque solida Ecclesiarum in verò Christi Iesu Euangelio concordia quàm de concordia discordi Saxonica.

Fœlicianum Ninguardam.

Georgium Ederum Cæsaris Consiliarium.

Thomæ Stapletoni secundam editionem librorum de principijs demonstrabilibus & de iustificatione.

Laurentium Faunteum Arturum, qui aduersus quendam hæreticum Antonium Sadeelem scripsit præter alia pererudítum, ac vtilissimum librum de Christi in terris Ecclesia, varijs in locis, sed potissimum cap. 30.

Et ipsam inprimis sacrosanctam Tridentinam Synodum.

Etsi autem quicunque de fidei dogmatibus scripserunt, huc referendi sunt, ex his tamen præcipua fundamenta peti possunt, quæ aduersus confessionem

nem Augustanam faciunt.

Interea Roberti Bellarmini Theologi nostri volumina doctissima aduersus omnes hæreses expectamus, quæ sunt sub prælo Lutheranis, Caluinianis, & qualiumcunque aliorum fraudibus aperiendis, & euertendis futura tanquam fidelissimæ eruditionis, & doctrinæ vberrimum penu.

Caroli Quinti Imperatoris Edicta duo aduersus doctrinam omnem Lutheri.

EIVSDEM TRACTATIO,

NVM EXPEDIAT PACANDÆ REIPVB. ADMITTERE HÆRETICOS

ad colloquium publicum de Religione, coram seculari Principe, aut ex omnibus sectis solam confessionem (vt vocant) Augustanam tolerare vnà cum Catholica religione.

AD STEPHANVM POLONIÆ regem Serenissimum.

SI is quem V. R. Maiestas nouit, aliquo veri desiderio permotus vrgeat amplius, vt colloquio de religione instituendo interfit, hęc respondere. Primò, velitne Maiest. vestræ iudicio stare, vbi quæ hæretici proposuerint, audiuerit. Quod si consentiat, tum dici posset scire quidem vest. M. quæ illorum sectariorum dogmata sunt, ac quibus fundamentis nituntur, ac proinde frustra terendum non esse tempus, aut respondendum,

dum,cùm omnia illa & antiquitus, & noſtro ſeculo diligentiſsimè excuſſa, exploſaque ſint, atque adeò anathema in eos latum, qui eadem ſentirent, aut crederent. Sin autem neget,ac ad verbum Dei ſcriptum, tanquam ad iudicem totum illud colloquium referat: ſcio reſponſurum ſapientiſsimum Regem,quod D. Conſtantinus Magnus in Concilio Nicæno reſpondit,ſibi Imperij, non religionis habenas eſſe commiſſas, neque ſe iudicem Eccleſiæ eſſe conſtitutum, qui eius filius ſit, ac(quod ad religionẽ attinet) eidem debeat eſſe ſubiectus.

Si verò idẽ adhuc vrgeat,pertinere ad Regem, vt tot populorum ſaluti, atque adeò ſuæ conſulat, fieriſque poſſe, vt hæreticorum rationibus auditis melius ſapiat, eos certè non putet amplius hæreticos,aut de ijs ſecus quã hactenus fecit, ſentiat:dici ad hæc poterit,pertinere ad Regem, qui Chriſtianus ſit, nec omni vento doctrinæ circumferatur, quíq; antiquas hiſtorias perlegerit, & velit iuſiurandũ ſeruare, quo Regni cura ſuſcepta ſeſe Catholicæ Eccleſiæ tutandæ obſtrinxit, vtquòd Dei eſt,ſibi nõ vſurpet,neque Eccleſiæ claues ſibi vendicet,ne iuſto Dei iudicio fieret, vt ijs vendicatis & claues Eccleſiæ, & clauum huius Reip. ſimul perderet. Porrò ſcire Maieſt. Regiam,quænã depromant ſectarij pro ſuis erroribus tutãdis, quæq; pro illis damnandis,& cõuincendis Eccleſia Catholica reſponderit, cui niſi fidem habeant, quid Regiæ Maieſt. crederent? Vidiſſe denique in ipſa huius Regni adminiſtratione, quam ſuæ ſaluti, & Reipub. bono aduerſarentur ij, pro quibus omni dignitate ornandis, & Regni propagatione muniendis,

niendis, pecuniam, Hungaros suos, & quæcunque poterat, ac tantum non vitam ipsam prodegerit, vt vix in animũ inducere queat, hominem illum, N. quíque eius vel assecłæ sunt, vel cliẽtes haberi volunt, velle in re fidei nunc aures patientes adhibere eis, quæ à Theologis Catholicis mandante Regia M. proponerentur.

Præterea Christianos Imperatores, & Reges, quorũ nomen ob rerum gestarũ amplitudinem, & propter pietatis præstantiam est adhuc post tot secula celeberrimum, quotiescunq; à sectarijs ea de re, id est, de colloquio inter Catholicos, & hæreticos instituẽdo, actũ est, omnia ad id tribunal, quod in Ecclesia Catholica à Christo Domino institutũ est, retulisse. Itaq; Synodos legitimè coactas fuisse, deque ijsdem hæresibus sententiam prorsus eandẽ, quæ à S. Synodo Tridẽtina lata est, fuisse promulgatam. Quæ si quis quantuscunque Rex videatur in dubium vellet reuocare, intelligere se primùm quidem salutis suæ iacturam, quæ vix vnquam sarciri possit esse passuram; sed & eodem momento orbi Christiano testaturum, se Imperatorum illorum, & Regum Christianorum celeberrimorum fidem, cõsilia, pietatem improbare: probare autem eorũ, qui illis dissimillimi fuẽre, ac propterea Imperia, & Regna pessundedere, impietatem, temeritatem, perfidiã: quales habiti sunt Constantinus, Iulianus Apostata, Valẽs, Copronymus, & reliqui, quorum memoria in maledictione est, & animæ æternis cruciatibus afficiuntur.

Eosdem porrò Christianos Imperatores & Reges pseudoepiscopis eadem arte vtentibus, qua hærerici

hæretici noſtrates vtuntur, reſpondiſſe, an in verbi Dei explanatione iudicio tantùm ſuo, vel vnanimi Patrum, & eorum qui Apoſtolorum diſcipuli fuêre, credere voluiſſent? Qua reſponſione ſic fuiſſe perculſos aliquando pſeudoepiſcopos, vt amplius hiſcere non auderent. Cur enim (aiebant viri illi Imperatores, & qui regnabãt ex Deo Reges) non creditis Synodis legitimè habitis? cur, ſi Patres à vobis ſtant, & antiqua ipſa Eccleſia, ad hanc non prouocatis? cur illorum ſcripta non editis, ac profertis?

Præterea euidentiſsimum eſt, non ita multos ante annos, vel cùm (Sigiſmundo imperante) Boëmi defecerunt à fide Catholica: vel cùm Vormatiæ, & Auguſtæ eiuſmodi colloquia inſtitui Lutherani petiſſent, vel Carolo nono Galliæ Rege cum in conuentu Poſsiaco idem actum fuiſſet, nihil denique aliud conſecutum fuiſſe, quàm vbique funeſtiſsimas clades. Atqui hæreticos initio tanquam cuneum ſeſe inſerere, in cauſam religionis conatos fuiſſe, quòd vbi aliquorum ſcitãtia, & fide nimis imbecilla, (ſed neſcio quo politico prætextu) permiſſum eſt, tum miras ſciſſuras extitiſſe, ac poſtea ab vno, & ab altero apoſtata pependiſſe Principes illos, qui ſalua religione Catholica, Deum ipſum propitium: Pontificem Maximum Patrem amantiſsimum: Reges, ac alios Principes fratres: ſubditos denique obſequentiſsimos habituri fuiſſent.

Sed & cùm eadem colloquia haberi cœpta ſunt, erupiſſe quæ hæretici antea cõceperant, non vinculum pacis, non erga Reges obedientiam, ſed

sed tetertimas coniurationes, quibus non tantùm diademata de eorundem Regum capitibus decuterent, verùm etiam ipsa capita si potuissent, ac Deus permisisset, à corporibus Regũ detrũcassent.

Quod si tam stupidos existiment esse Catholicos, vt neq; præsenti Belgica defectione, nec dissentientibus inter sese alijs hæreticis, neque confœderatione ista Polonica ex Arianismo, Iudaismo, Mahometismo, Caluinismo, Anabaptismo, Lutheranismo, Picardismo, schismatéque conflata excitentur ad ipsum; quòd isti, qui V. Maiest. aures obtundunt, elatis supercilijs moliuntur, saltem hunc Regio nomini, & capiti honorem habeant, ne in istud quatuor vel sex Ministrorum Apostatarum (si Deo placet) consistorium, tanquam ad tribunal, Regiam Maiest. audeãt isto fallacissimo astu accersere. Neque enim tam citò aliquid controuersum in disputationem veniret, quin statim audiretur prouocari non ad Dei, sed ad Caluini, ad Lutheri, & eiusmodi reliquæ fœcis verbum, atque iudicium.

Neque porrò ij sunt omnes, qui eiusmodi conuentui, quem petunt interessent, quibus datum à Deo sit, vt dogmata ipsa percipiant, cùm cæteroquin populus sensu magis quàm fide ducatur, si in fide nutare inceperit. Quamobrem hæc publicè coram ijs agi, qui Theologica non tractarunt accuratè, iisque adiudicare aliquid in Ecclesia iuris, quæ putrida membra sunt: ab ijs autem ferri iudicium, quos nemo vñquam iudices constituit, iudicet cui vel mica salis sit in pectore, quid denique hinc commodi vel dignitatis cõsequi posset, Cæterùm

terùm vt isti erubescant, amplius Regiæ Maiest. negotium facessere, vel certè vt aperiant oculos, aut acutiùs inspecta veritate eam amplexantur, hæc ipse adiicerem.

Num ad verbum Dei rectè exponendum Synodos aliquas velint saltem antiquas, quibus sanctissimi, doctissimi, ijdémque fortissimi martyres interfuêre. Num itē admittere velint Patres eos, qui aut in Oriente primas tenuere: aut in occidente, cùm vocati sint, & essent reuera Doctores, eadem, quæ nunc vigent, hæreses cōfutârunt. Si hoc probent, cur loco tot hæreticarum fabularum edi, doceri, & ex eis verbum Dei exponi non curant? Si eos errasse, & homines fuisse dixerint, cur idem de suis ministris potiùs non sentiant?

Deinde, si sibi concedi cupiant publicum de religione colloquium, cur primi non sinunt à Catholicis idem ijs in locis institui, vbi auita fides floruit, & Euangelij sparsa per Catholicos semina sunt, ac miraculis, & populorum, ac Regum consensione religio conseruata, & aucta fuit?

Præterea prodant suæ confessionis symbolum tot diuersarum sectarum sectarij, vt intelligatur, num id Caluinianorum, an Lutheranorum, an aliorum nomine vrgeāt. Ac forsan V. Maiestas Regia illicò videbit, id accidere, quod Vormatiæ contigisse cùm omnibus notissimum est, tum mihi, qui ei colloquio interfuit Emanuel Sabaudiæ Dux Sereniss. dixit, nempè ipsos inter sese Lutheranos, vbi eorum fidei professio à Catholicis petita est, alterum post alterum recessisse fœdissimo illo suo Euangelij, & nouorum de cœlo videlicet descendentium

dentium commento, dum inter sese ea de professione mirificè dissentirent.

Cùm verò colloquium istud petunt: aut de sua, quam vocant, religione sunt certi, aut ambigunt adhuc. Si certi sunt, quorsum id, nisi ad audiẽtium subuersionem, ad suam superbiam fouendam, ad Regiam, & rectam (si vnquam possent) mentem dimouendam, vtque eam Ecclesiæ caput constituant, spectant? At ab hæreticis caput constitui, ecquid aliud est, quàm si quis à prædonibus, & plagiarijs Dux constituatur? Sin autem incerti sunt, cur templa Catholicorum identidem prophanant? Deo dicata in alienos vsus auertunt? de ipsa rè quasi iudices, qui tamẽ iudices nunquam fuêre, sententiam ferunt? Regijs ciuitatibus ius ipsum Catholicæ religionis adimunt, quod in suis prædijs & pagis ne attingi quidem volunt? Scilicet, hoc esset subdola fraude sceptrum Christi, Regiæ manui imponere, & spinea non Regia corona caput Regium afficere, ac statim quasi sedenti pro tribunali illudẽdo dicere: Prophetiza quis te percussit, quis tibi tributa aliò detorquet: quis omnẽ religionem auferre, quis denique perpetuã Regno tuo ac Regi tibi pernicië parere sedulò conatur.

At & illa maximi ponderis sunt, de quibus interrogari possunt: Num aliquo vnquam seculo putant hæretici apud Christianos integram Ecclesiæ fuisse formam. Quod si confessi fuerint, iam igitur illam promant, per eos, quos habent testes antiquitatis: nam ijs testibus non detrectabitur à Catholicis fides. Sin nullam post Apostolos fuisse asserant, putidissimum mendacium, ac

Christi

Christi Domini sapientissima prouidentia *indi*gnissimum, Regio iudicio explodendum est. Et aut deniq; necesse fuerit, vt putēt à Regia Maiest. nouam instituendam esse Ecclesiam, aut à seipsis ex proprio capite post sexdecim denique secula aliquam effingendam, cui an alij hæretici dexterā daturi sint, Regiæ Maiest. Vestræ iudicium esto.

Interea si quid ex illegitimis Synodis citauerint, vnde fucum simplicioribus facere studeant, viderint ij, quæ in calce responsionum ad septentrionálem nobilissimum virum ea de re scripsi, Ipsorum autem hæreticorum falsis citationibus si quis cordatus Theologus ita vtatur, vt eorū *frau*des ex ipsis fontibus aperiat, facilè conuincentur sese semper mentiri, nisi sanari voluerint.

Ad extremum, interrogentur, num vllam vnquam hæresim fuisset perspectum habeant ex annalibus antiquissimis, aut ex ipsismet Patribus, quos interdum magnoperè extollunt, vt simplices decipiāt. Num inquam abusam fuisse ipsa *Diuina* scriptura aliquam sectam possint (non *callidè*, sed syncerè allatis eorum Patrum libris, non suis detorsionibus) ostendere. Quòd si ita sit, quemadmodum ex D. Augustino, D. Hieronymo, Theodoreto, Epiphanio, Damasceno, & alijs, præter ipsas legitimas & vetustissimas Synodos constat, hæreses eædem inde illis obijciantur, vbi tanquam in speculo suas fœditates aspicient. Et aut erubescent, vt sanentur, aut si pergant, esse insanabiles, sanè latuas istas hypocritarum Catholici facilius agnoscent.

Quoniam verò R. Maiest. V. nouit, non semel à quibus

quibusdam fuisse dictitatum, nullũ aliud præsentius adhiberi posse remedium grassantibus tot hæresibus, quam si intra quasdam metas furor iste coërceretur. Quod tum effici posse existimabant, si tantũ Catholica religio,& confessio Augustana in Regno fouerentur. Ideò hîc mihi liceret adscribere, quæ pernicioſissimum istud consilium labefactarent, nisi satius ducerem, probatissimi Senatoris istius Reipub. responsum ea de re, licet alio tempore,& alia occasione conscriptum afferre. Is autem fuit Cardinalis Hosius, qui Remp. Christianam diu, summa cum sanctitatis, diligentiæ, atque constantiæ laude, & in hoc Regno, ac in varijs legationibus administrauit, cuius (vt aliorũ meliorum qui iam è viuis excesserẽ) consilia & sententias repetere, prudentibúsque quibusdam obiicere, vtilissimum esset.

Quærenti igitur Paulo IIII. Pontifici Maximo ipsius sententiam, sic respondit. Quare cõiungere cum Christiana confessionem Augustanã, eodem vtramque loco habere, ex æquo propugnationem vtriusq; suscipere, quid est aliud, quàm eodẽ loco mendacium habere quo veritatem,& simul colere velle Christum,& Antichristum? quo quid absurdius? quid non iam dicam pietati Christianæ, verũ vel ipsi minus consentaneum est rationi humanæ? Rectè dictũ est à Propheta: Si Dominus est Deus, sequimini illum, si autem Baal, sequimini illum. Nemo potest duobus dominis seruire, dicit veritas. Et erit aliquis, qui cõtrà veritatẽ hanc se posse Christo putet,& satanæ stipendia facere? Quæ societas luci ad tenebras? quæ participatio iustitiæ

ad iniquitatem? quæ conuentio Christi ad Belial? Præclarè dixit ille, coangustatum est stratũ, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest. Aut Augustana confessio decidat necesse est, aut Christiana; stratum humani cordis angustius est, quàm vt vtrumque capere possit, pallium breuius est, quàm vt vtrumque possit operire. Quàm autem terribilis est illa vox Dei: *Scio* opera tua, quod neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut *calidus, sed quia* tepidus es, neque frigidus, neque calidus, *incipiam* te euomere ex ore meo. Non alio loco *tepidum habet* Deus, quàm quò frigidum, totum *sibi vendicat* hominem, neque ferre potest, vt ex dimidia parte Satanæ, ex altera dimidia sit addictus. Qui cum Christo non est, Christi aduersarius est, sicut ipse dixit Christus, qui non colligit mecum, dispergit. Nulla societas fidei & perfidiæ esse potest. *Fides* non est, nisi vna, nec dici fides potest, si nõ *sit vna*: cùm per quàm scitè scriptũ sit ab Hilario: *Quidquid* præter vnam fidem est, perfidiam *esse*, non fidem. Non possunt duæ fides ab vno defendi, nisi perfidiam simul defendendam suscipiat, quòd à Rege Catholico Christiano, & orthodoxo cum primis alienum esse debet, qui sicut fidem pro virili sua tueri, sic perfidiam omni ratione persequi tenetur. Iam quod in ea constitutione scribitur, liberum esse cuique debere integra fama fidéque sua, se ab Ecclesia Dei separare, quid hoc est aliud, quàm sacrilegium schismatis approbare? At *qui, si* congerantur in vnum hominem omnia quot quot excogitari possunt crimina, quãlibet ea sint enormia,

mia, cùm hoc tamen schismatis crimine collata, festuca sunt cum trabe comparata, vt esse integra fama fidéque post factam ab Ecclesia Dei sacrilegam separationē, nihil aliud sit, quàm vacare crimine, post omnia quotquot sunt in orbe flagitia designata. An hùc nō rectè quadrat illa Prophetæ cōminatio? Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, ponentes dulce in amarum, & amarum in dulce. Non ignorat S. V. quod N. agnouerit, quàm absurda, quámque impia multa decretū hoc in se contineret, quodque multum restitans, multis prius profusis lachrymis inuitus subscripserit, cùm à nulla re magis, quàm à tali subscriptione mens illius abhorreret. Est hoc adhuc piæ mentis indicium, quam non potest S. V. non laudare. Sed quæ necessitas adegit N. vt subscriberet? nunquid illi facere non licuit, quod à Catholicis Regibus in causa non dissimili factitatum esse meminerat? vt saltem de certis capitibus ad sanctam sedem Apostolicam referret? Nihil est necesse longius abire, priscorúmque seculorū exempla proferre. Quæ Vormatiæ ante triginta & octo, quæ Augustę ante viginti octo annos à Sereniſsimo Carolo V. Imperatore fuerint postulata, tenet procul dubio memoria. Num autem statim assensus is est ad ea, quæ petebātur? minimè gentium, verùm ad sanctā sedem retulit, cuius proprium esse de rebus eiusmodi cognoscere testificatus est. An aliquid simile in istare factum est? fuit in eo vel verbo saltem vno facta mētio sanctæ sedis Apostolicæ? scilicet, vbi de confirmatione Regis agitur, vbi Roma-

nus Pontifex agnoſcitur, vbi de religione agitur, ibi vel verbo illius meminiſſe fas non eſſe ducitur. Quale eſt hoc per Deum immortalem? an alienus à religione Chriſtiana Pontifex eſſe cenſetur? Videat autem N. num ſe tam dura ſeruitute premi deceat? Priuſquam coronam acceperit, iureiurando ſe N. obſtringet, quod ſanctam ſedem Apoſtolicam, & ſanctitatem ſuum rectorem illius exaltare velit ſecundum ſuum poſſe. Quæ poterit autem eſſe ſpes facturum id N. ſi vel ipſum Papæ nomen inter hæreticos edere non audet? Quod ardentiſsimis votis expetunt omnes, vt vna ſit Electorum fides, etiamſi colloquia millies fuerint inſtituta. Nihil eſt autem quod ſperet aliquis euenturum id vnquam, niſi prius ad vnum hunc vnde diſceſſerunt, cui clauum, & claues Eccleſiæ ſuæ Chriſtus tradidit, redierint ij, qui diſceſſerunt: clamat hoc res ipſa. Quid nam eſſe cauſæ putamus, quod qui diſceſſerunt ab hoc vno, nullum à ſe quoque diſcedendi finem faciunt, & ſuæ voluntatis inclinatione nunc in hãc, nunc in illã ſectam propendent, niſi quod retineri fidei non poteſt vnitas, vbi non præeſt vnus Eccleſiæ. Documento nobis eſſe poſſunt vel ipſi noſtri tẽporis ſectarij. Inter quos cùm nemo ſit, qui cæteris excellere nõ cupiat, nec vt vnum aliquem ſuperiorem agnoſcant, animum inducere queant, quanta ſit inter eos opinionum varietas, quanta & animorum diſiunctio, quantò flagrent ipſi inter ſe odio mutuo, non ignorat N. Nec Philippo Schneppius, aut Illyricus, nec Schneppio Philippus, nec vtrique cedunt ij, qui de iuſtificatione dogma ſequuntur Oſiandri: ne quid interim

interim dicatur de Caluino, de Schuenkfeldio, déque hæreticorum reliquis portentis, quæ non modò nulli mortalium, sed ne Deo quidem cesserint immortali, cuius honorem ad se translatum cupiunt, dum quamlibet ipsi dissideant inter se, suum tamen verbum eorum quisque Dei verbum vocari vult. Vel ex hoc itaque perspicuum cunctis esse potest, quàm sit ad vnitatem fidei retinendam necessarium, vt vnus aliquis Ecclesiæ Dei præsit vniuersæ, ex quo salutem etiam illius pendere scribit D. Hieronymus, vt si non exors quædã & eminens ab omnibus ei detur potestas, tot in Ecclesijs effici schismata necesse sit, quot sacerdotes, vt quantùm quisque salutem amet Ecclesiæ, tantùm illius auctoritatem saluam esse cupere debeat. Sed excusabit N. se fortasse, quòd cùm ingẽs telum sit necessitas huc adacta fuerit, vt nonnihil ab officij sui religione declinaret, ac à quibus animus illius plurimum abhorrebat, ab ea suum assensum præstaret. Etenim presens à NN. periculũ imminebat, aduersus quos vt auxilia per ordines decernerentur, aliter illis persuaderi non potuit, quàm si quorundam importunæ petitioni nonnulla prius per eum concessa fuissent. Quid autem? An in eos, qui talia suggesserunt ei consilia, non rectè dici poterit illud à Propheta quondam dictum: Nunquid non est Deus in Israël, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Itane fuerunt à Beelzebub auxilia petenda, potius quàm à Deo Israël? Scilicet, nisi cõtrà NN. nobis Deus Accaron succurreret, nihil erat, quod in Christo, qui verus Deus est Israël, præsidium vllum haberemus. An

Christus, prius negandus, & ita demũ victoria de Christi perduellibus est expectanda? Certè cóce-dere qualia fuerũt in comitijs illis postulata, nihil aliud fuit, quàm Christũ negare. Quam autẽ fœli-citer hactenus illi cesserũt expeditiones istæ, irato Deo susceptæ. Lõgè præstabat quaslibet etiã duris conditionibus inducias cum illis facere, quàm ad has cum ijs, qui se præciderunt à Christi corpore, tam iniquas, & indignas pactiones descendere. Porrò corrigendi quæ sunt errata, ratio hæc esse potest, vt quod peccatũ est hactenus conniuentia, pensetur deinceps tanto maiore diligentia, suas in eo vires N. cõtendat oẽs, quò sibi subiectos Prin-cipes, & populos ad vnitatẽ Ecclesiæ, vnde aber-râunt, reuocare possit, quod ita demùm effectum iri spes est, si quibus rationibus adduci queant, vt more maiorũ suorũ Sanctæ sedi Apostolicæ sub-iecti esse velint, & ei se filios præstent obediẽtes. Quod eo rerũ statu, qui nũc est, fortasse minùs difficilè foret illis persuadere, quandoquidẽ & oculis ipsi suis vident, & modò nõ manibus contrectant, quàm varia, quámq; multa, & horrenda schismata nullo non & impietatis, & blasphemiarũ genere scatentia ex eo tẽpore nata sunt, ex quo separatio-nis ab hac sancta sede consilia sacrilega sunt susce-pta. Vnus igitur Pastor, vnũ vt sit ouile necesse est, si volumus, vt id ipsum sentiant, id ipsum dicant, idem sapiant, vnã & eandẽ fidem vnanimes reti-neant oẽs: Absq; hoc, si millies habeant colloquia, nunquam inter eos, & ab Ecclesia Dei, & à seipsis dissentiẽtes vnitas cõstabit. Sed si maius id quod-dã ac difficili⁹ esse videtur, quàm vt ab N. præstari possit,

possit,nō exigit Sanctitas V. quæ supra vires sunt.

Est aliquâ prodire tenus, si non datur vltra.

Saltem conatum hac in re suum ostendat, quod si facultate destitutam illam esse cognouerit,facilè vel in eo solùm Vestra Serenitas acquiescet. Non potest ijs,qui minus illi cōiuncti sunt,quosque sibi minus arctis vinculis obstrictos habet:persuadeat illis, in quos plus aliquid sibi iuris & potestatis à Deo concessum est: saltem in illis terris quæ sibi hæreditario iure deuenerunt, hæreticis receptum dari nō permittat,ac procul ab illis arceat Satanæ ministros, qui se trāsfigurāt in Apostolos Christi, suumque verbum imperitæ multitudini pro Dei verbo venditant. In primis autem si quid habet apud se ex N N. eos sensim ableget. Ista certè,qua N.hactenus vsus est cōiuentia nihil aliud, quàm illecebra quædam hæreseon fuisse videtur: & est illud longè verisimū quod error, cui non resistitur approbatur. Fieri non potest quin pertrahantur in errorem plurimi,cùm in oculis illius,eadem illa, quæ vel Vittembergæ, vel in media Saxonia nemine prohibēte prædicari audiunt. Quod si nō putat N. ita subitò se cunctos exterminare posse, qui sunt prauis hæreticorum opinionibus imbuti, saltem operarios illos subdolos, qui prædicatores Euangelici videri volunt, è terris suis primo quoque tempore facessere iubeat. Neque cōmittat vnquam vt aliquem subiecti sibi populi metū præse ferat,à quibus eū Deus metui voluit,ibi præsertim vbi Christi causa agitur, vbi sacrosancti corporis eius mystici laceratio prohibetur. Nunquā deerit Diuinæ Maiestatis auxilium Principi causam

illius fideliter agenti. Quod si maximè tanta *vis*, tantus etiam esset furor multitudinis, vt sine discrimine Christiani Regis officio ipse fungi non possit, si cuique alteri, sibi præcipuè dictum esse Principes existimare debent. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Hunc qui timet, mortalium timet neminem, nam & defensum iri se illius protectione non *dubitat*, si sic illi visum fuerit expedire. Hac si fortè *minus* defendatur, vt effugiat supplicia maiora, non grauatim perferet minora, cùm præsertim certò *persuasum* habeat, illa tantis æternæ gloriæ præmijs iri compensatum, vt eorum contemplatione suus cuique spiritus vilis esse debeat. Hoc igitur in primis esse curæ debebit illi, etiamsi fractus illabatur orbis, vt nullius tamen neque hominis, neque dæmonis metu terreatur, quò minus impuros illos non *Dei*, sed sui verbi ministros si nō potest ex alijs, *saltem* è suis hæreditarijs terris protinus exigat. Deinde quæ sunt in comitijs malè vel promissa, vel constituta, mutare studeat. Quod interdixit N. iudicibus, vt ne vel in ius vocent eos, qui per summam iniuriam suis bonis Ecclesiasticis, pios sacerdotes auerterent, vel ea repetētibus ius dicant, quandoquidem id contra ius & fas omne fecit, rectè mutare potest, cum præsertim in coronatione sua iureiurando se prius obstrinxerit, quòd quę sunt Ecclesijs collata & reddita, inuiolabiliter velit *obseruare*. Contra quòd iusiurandum suum *venire* postea nunquam potuit. Iam verò quod parum

consideratè promisit æquè se defensurum eos, qui sunt hæreticæ, atque eos, qui sunt Christianæ & Catholicæ confessionis, & eodem vtrosque loco habiturum, est in eo grauius erratum, quam vt vno sermone satis explicari queat. Sed est ingens Dei misericordia, qui præclaram nunc dedit occasionem, per quam inuitare ipsum videtur, quæ tam turpiter & pernicioſa promissa sunt, vt ea summa cum honestate rescindat. Cōfudit enim Dominus linguas eorum, qui sunt Augustanæ confessionis, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui, vt se mutuò nō intelligant, vt capitalibus odijs inter se certent, sibíque sint inuicem contrarij (id quòd re vera sunt omnes hæretici) vt pēnes quos cōfessio sit Augustana, satis liquere non possit. Quare si nulla iam est Augustana confessio, aut qui pertineant ad illam, sciri nō potest, etiamsi rem licitam ipse promisisset, non tamen iam promisso tenetur, cùm & hoc facilè quiuis non prorsus hebes intelligat, nihil esse nunc aliud confessionem Augustanam, quàm credere, quod quisque vult, vt postea quam ab vna fide ad aliam atque aliam prosilierit aliquis, nihilominus Augustanæ confessionis esse iactet, vel ob hāc solam causam, ne ab hoc fœdere sit exclusus. Hîc itaque nodus quò ad propugnationem Augustanæ cōfessionis attinet, solutus iam est, vt nullo modo ipse ad eam obstrictus esse videatur. Cæterùm est quiddā in illa deliberatione, & iuri, & æquitati maximè cōsentaneum, cùm ne quis audeat famosis libellis famam cuiusque proscindere prohibetur. Atqui si cuius alterius existimatio maledicis hoc genus libellis lædenda non

est, tum eius præcipuè de quo scriptũ est, Principi populi tui non maledices. Interea verò quid est, quod maiore cum impunitate fiat, quàm quod fama Romani Pontificis laceratur, & omni maledictorum genere proscinditur; in quo conuitijs incessendo quantò quisque fuerit petulantior, tantò maiori cum plausu oratio eius excipitur. Quid autem in causa est, quod huius tam iusti decreti nulla fit executio, quòd nec in eos, qui scribunt vlla fit animaduersio, nec eorum libri prohibentur, quin publicè prostant etiam in ijs terris, quæ iure quodam hæreditario sunt illi subiectæ? Sed insciente se factũ esse dicet. Credat Serenitas Vestra si iam admonita, deinceps hæc nõ tulerit, & pesti huic si minus ex omnibus terris, saltẽ ex hæreditarijs suis proscriptæ aqua & igni interdixerit. Ad hunc modum si errores suos nõ agnouerit modo, verùm & correxerit, si sui magis quàm verbi Dei ministros improbos, & seditiosos à suis ditionib⁹ omnibus exterminandos curauerit, si de ijs, qui Pontifices maledictis incessunt, quæ iuxta leges debentur pœnas expetiuerit, si denique fecerit oĩa, vt omnes intelligant, ex animo sibi dolere, quod suo, hoc est Christiani Regis officio parũ nauiter hacten⁹ aduersus hęreticos functa fuerit, nec vllã pro peccato suo satisfactionẽ recusauerit, ad hunc modum si se gesserit, nihil est, quod obsequens filius de patre plena viscera charitatis habente sibi nõ rectè possit polliceri: Quantum citra Diuinam offensionem facere Serenitas Vestra poterit, libenter in omnibus illi gratificabitur, nec vllum in se beneuolentissimi Patris officium re quiui patitur.

EIVS-

EIVSDEM ALTERVM IVDICIVM DE DESIDERIO ERASMO, AD QVEM noui Arriani prouocant.

PRIMVM dicam, quis nam fuerit Erasmus, deinde cur in varios errores deciderit, postremò, quam meritò damnatus sit. Hoc enim & oculis nouorũ Arrianorũ aperiendis, qui ad eum prouocant, fortasis proderit: & alijs, ne plus nimio fides ijs adhibeatur, retegendis conducet, qui quoniam neque solidis Theologiæ fundamentis innixi sunt, nec vlla auctoritate publica muniti, censores esse voluerunt Ecclesiæ, meritò ab ea ipsa explosi sunt, ac tanquã vapor euanuerũt.

Erasmus igitur Batauus ex ciuitatis Gondanæ Roterodamo vicinæ Parocho genitus est, qui eum ex famula suscepit, quam prægnãtem, quò crimen celaretur, in proximam ciuitatem ablegauit, natus autem anno superioris seculi sexagesimo nono, obijt huius trigesimo sexto Basileæ. Adolescens Ecclesiasticæ disciplinæ se dedens professus est monasticen Canonicorum D. Augustini regulariũ in Monasterio Stein propè eandem Gondam Batauiæ oppidum. Nouennio pòst sacris initiatus, & votorum susceptorum pertæsus monachatum deseruit, vagúsque per Europæ Academias obambulans, cùm æstu humanæ gloriæ ferueret, ingenióq; & memoria abundaret, plurima concepit, quæ quoniam

Vide in catalogo Illustriũ Germaniæ scriptorum.

Digitized by Google

quoniam vnus ipſe concoquere non poterat, neq; verò iudicium aliorum adhibebat ad limam ſuorum ſcriptorum, quantò plures edidit libros, tantò crebriores cumulauit errores, maior futurus (vt Scaliger dixit appoſitè) ſi minor eſſe voluiſſet. Siniſtro igitur (vt ita dicam) omne inter prima illa, vnde ſibi nominis famam conciliauit, Moriam edidit, Lucianum & Satyricos imitatus, ſacerdotij dignitatem, & decorum oblitus. Inde, vt ſolemne eſt equis frẽno ſolutis, atque furentibus, vt quò licentiùs currunt, eò grauiùs huc illuc paſsim impingant ex cenſura Patrum antiquorũ, quam nulla fultus auctoritate legitima, (nec certè vera Theologia) ſibi temerè vſurpauerat, eodem ſuperbiæ typho lutulentos pedes in diuinos codices inſeruit, ac feneſtram patefecit nouis Arianis ingentem, quemadmodum Tranſſyluani miniſtri, vti alibi oſtendimus, teſtati ſunt. Cúmq; hinc ſalibus & iocis amarulentis, illinc mordaci væſania bibliothecas ſuis partubus referſiſſet, inuecta eſt in animos multorum noua quædam eius ſceptica doctrina, qua plures de Chriſto Deo, deque alijs omnibus articulis fidei, (ſicut illi primò contigerat) dubitarent. Has fæces cum pleriq; lamberent, Lutherus quoque hauſit, vt non immeritò poſtea illud prodijt in vulgus: Eraſmus innuit, Lutherus irruit: Eraſmus parit oua, Lutherus excludit pullos: Eraſmus dubitat, Lutherus aſſeuerat? idque aliud: Ἡ Ἐρασμὸς Λουθηρίζει, ἢ Λουθήρος Ἐρασμίζει. hoc eſt, vel Eraſmus Lutherizat, vel Lutherus Eraſmizat. Sic & Lutherus Sanctiſsimam Trinitatem, & cum hoc Caluinus Chriſtum verbum & Deum,

Iul. Caſ. Scaliger in fine li. Poëtices.

Vide libru Authoris de Atheiſmis hæreticorum huius ſeculi.

Vide librum de Atheiſmis.

Deum, & alij diuinas omnes perſonas impetere, reliqui audacter & blaſphemè pernegare ſunt auſi. Ac quum Eraſmus addubitaſſet de Euangelij D. Marci auctore, atque inſcriptione, erupit clanculum Muſculus, qui poſtremum D. Marci caput arrodẽs abſcidit. Ac cum Lutherus Apocalypſim D. Ioannis impiè damnaſſet, Eraſmus eandem à nouo Teſtamento truncauit, & vterque celeberrimum de ſanctiſsima Trinitatis vnitate teſtimoniũ ex priore D. Ioan. Epiſt. eraſit, non inanem apud Arianos gratiam ſibi conciliantes, ac ſi aſcitium, & aliundè, (vt Ariani quondam dicebant) ab homouſianis fuiſſet intruſum. Paraphraſes itẽ Eraſmus in Euangelia edidit, quæ magnis ſcatent erroribus: quos qui noſſe velit, Natalem Bedã Theologum Pariſienſem præter alios conſulat, qui de ijs, vti & de Iacobi Stapulenſis erroribus librum ante aliquot annos conſcripſit. Vt verò Satanas perpræceps Eraſmi ingenium viam ſibi patefaceret ad infirmandam Apoſtolici ſymboli fidem, initio Præfationis eiuſdẽ Paraphraſis in D. Matthæum Eraſmus conſtanter fatetur, neſcire ſe, num Symbolum illud ab Apoſtolis manauerit. Id quòd tamen affirmãt veteres Ruffinus, D. Auguſt. & alij. De Patribus autem, cùm ſibi eandem cenſoriam notam ſumpſiſſet, & extra fines humaniorum literarum exiliret, mirum eſt, quàm multus fuit in lapſibus, dum præter Diuos Cyprianum, Hilarium, & reliquos Beatos quoque Hieronymum, & Auguſtinum, quaſi ab ijſmetipſos auellit. Extant Mariani Victorini Reatini ſcholia in D. Hieronymum, quibus ſexcentos, & adeò plures Eraſmi in eius

Andreas Muſculus.

Ruffinus expoſitione in ſymbolũ Apoſtolorum.

Aug. ſermo. 2. domi. Palmarum.

eius patris epistolis commissos lapsus redarguit: quæ postea restitutæ à Paulo Manutio prodierunt in lucem. Percenset Hieronymus Torrensis Societatis nostræ Theologus plures locos ex Diui Augustini operibus, in quibus Erasmus non tam videtur hallucinatus fuisse, quàm malignè iudicasse. Nam & quod duos de cõmuni vita, & moribus clericorum tractatus vtiles originem, & instituta vitæ monasticæ cõtinentes sustulerit, quos inter illius Patris opera Posidonius, qui quadraginta annos cum B. Augustino (vsque ad eius nẽpè mortem) vixit, suo adscripsit indiculo, non adeò mirandum est, cùm vix vllus vnquam Apostata, & qui cucullã excusit, potuerit eiusmodi scripta æquo animo ferre. Videat Catholicus Lector, quæ scripsit Ricardus Cenomanus Theologus Parisiensis, contra censuram Erasmi aduersus regulam Monachorum à Diuo Augustino cõscriptam. Nec verò Erasmus intra istos limites sese continuit, sed modò aiens, modò negans, infernũ cœlo miscuit, ac Socratem, Tullium, atque alios tum Græcos, tum Latinos tantum non ab inferis excluſit: per dilucida tamen interualla (cùm antea de Beata virgine indignissima garriuisset) in se rediés, votum nuncupatũ ei Laureti persoluit, & hymnos Latinè ac Germanicè à se conscriptos in eius laudem, & inuocationem edidit, & Ioanni Iung Canonico, atque in spiritualibus (vt aiunt) vicario Frisingẽsi dicauit. Hæreticis autem modò blandiens, modò stylum aduersus Lutherum acuens, de eo scripsit hæc verba: Hîc homo nihil crepat nisi Satanas, diabolos, laruas, lamias, megeras, aliásque voces plus

Hieronymus Torrensis in præfat. in confessionẽ Augustinianam.

To. 1. operum D. Aug. in fine impres. Parisiis. Erasmus in Purg. aduers. Luther. In Collegio naufragij nomine Adolphi. Vide Petri Canisij opus Marianum, vbi de Erasmo plura.

plus quam Tragicas. Quæ cum Eraſmus ſcriberet, data interim Catholicis (licet callidè) ſpe reſipiſcentiæ, iudicium Eccleſiæ aduerſus ſe non ſemel declinauit. Sed interim dum bona de ſe pollicereturſiue Bedæ Natali, ſiue Thomæ Moro Anglo martyri, à quibus admonitus fuerat, vt exemplum D. Auguſt. ſecutus, quæ minus orthodoxè ſcripſerat, ea retractaret, nec tamen vnquam promiſſum præſtitiſſet, tandem acerbum diem obijt, relicto quidem nomine, ſed pleno crimine: quare & pleraque ipſius ſcripta, vt erat cõmeritus, proſcripta ſunt, & vtinam eius anima requiem inuenerit.

Hæc cum ita ſint, intelligunt iſti, qui putant maximum neſcio quem, & tanquam oraculum fuiſſe habitum, vel habendum Eraſmum, num meritò ſiue alij, ſiue ipſe meis ſcriptis Rhetorem illum pluſquam Theologum vocauerimus: quámve cauendum ſit iſtorum iudicium ſequi, quorum audacia, & à nominis claritate profecta confidentia præcipites illos egit cum plurimarum animarum diſpendio, atque pernicie. Quod ſi quis (poſtquam huc deuenimus) velit aliorum noſtri temporis Theologorum ſobriè ſapientium iudicia, & labores in Patribus ſuſceptos pacatè perpendere, iſtóſque ſemicatholicos (vel item aliquos prorſus hæreticos) Paraphraſtes cum ijs conferre, optima quæque de eo ſperare auderem. Ecquis enim ſi Iacobi Pamelij edita ſcholia in Tertullianũ, cum ijs, quæ B. Rhenanus ſcripſerat, aut eiuſdem Pamelij de operibus D. Cypriani, vel Victorij Reatini, quem paulò ſuperius nominaui, iudicium de Epiſtolis D. Hieron. cum eo, quod tulit Eraſmus, contulerit,

tulerit, clarissimam lucem in ijs, præ istorum densissima caligine, non videat? Extant duorum Torrensium Theologorum nostræ Societatis, alterius cui nomen Hieron. in libros D. Augustini, alterius autem cui nomen Franciscus in veterũ Pontificum Epistolas vtilissimi labores. Prodierunt item confessiones collectæ ex Sanctis Ambrosio, atque Hieron. B. verò Irenæum emendatum, & cùm declarationibus eruditis Franciscus Feuardentius: D. Gregorium Nazianzenum, Bilius: alij alios edidêre purgatos à mendis, si quæ in eos ex antiquorũ amanuensium errore, vel ex recentium Typographorum lapsu, irrepserant, & alij quoque alia præstitêre. Qui labores vt acre ingenium & Christianum pectus redolent, sic contra facilè monstrant, quam detestanda rabie, vti & crassissima rerum antiquarum ignoratione hæretici glossemata, censuras, argumenta, coronides, falsatos indices, appendices, corollaria, castigationes, Antidota, sexcentáque alia ad auertendas à veritate hominum mentes contexuerunt.

EIVS-

EIVSDEM EXAMEN PICARDICÆ SECTÆ, QVÆ MIXTA EST EX LVTHERANIS, Caluinianis, & Anabaptisticis hæresibus.

ETsi Picardia Secta radices in Boëmiæ Regno, atque in Morauia satis altas egit, non erat tamen ita omnibus (ne ipsis quidem Boëmis) cognita sed Venceslaus Sturmius Societatis nostræ Theologus, cùm ante quadrienniũ Litomislij, quæ Boëmiæ ciuitas est, patria lingua librum de illa satis grandem, atque eruditum, edi curasset, inconstantiam, & impietatem eius sectæ patefecit, ac mirificè perstrinxit. Ex eo igitur potissimum, deinde & ex ipsis Regum Boëmiæ edictis, quorum authographa vidimus, ea quæ huc spectant paucis attingam. *Anno 1582.*

Picardici Valdenses, quos in Boëmia Boleslauienses fratres appellant, de suis dogmatibus persæpè secũ ipsi pugnarunt: quæ vna res satis ostendit à Deo qui vnus, & cuius vna Ecclesia, & vna fides est, Picardicam sectam haud esse profectam.

Etenim cũ scriptis, & confessionibus quasi supplices continenter rogẽt, vt sibi certior, & magis salutaris doctrina ostẽdatur, quam libenter (vt inquiũt) sint amplexuri, cõuincuntur & ad sanã doctrinam nunquã peruenisse: & ista hypocrisi Catholicam fidem tanquã iugum excutere, atque hæreses alias omnes (id q̃ faciunt) præ sua despicere.

Porrò inter Picardos ij doctiores habẽtur, qui

Lubanczium (ſic vocant oppidum Moraui incolunt, quos conſtat ne Latinè quidem nouiſſe, atque originem ſuã, vt ab hominibus à fide Catholica, ſic ab omni pietate alienis duxiſſe. Neque enim ipſimet diffitentur ſe initio à Rokizana Boëmo Parocho, atque ab eius aſſeclis ſacerdotibus grauiſsimis erroribus, de quibus ſollicitã (vt aiunt, ſi Deo placet) cõſcientiam gerebant, fuiſſe liberatos: nẽpè cùm ex ipſius Rokizanæ conſilio libros, & ſcripta Petri Kelſicenſis attentè legiſſent.

Vide pag. 70. & 71.

Sturmij.

Atqui poſtea Rokizanam hoc ornant elogio, quòd homo ſuperbus ſibi in doctrina non conſiterit, ne propter veritatem Dei perſecutionem pateretur, eiuſque opera factum eſſe aiunt, vt fraudulenter Taboritæ homines ſancti & pij (ſic eos vocant) funditùs extirpati fuerint.

Sturmi pag. 44.

Fol. 81.

Præterea & ipſe Petrus Kelſicenſis quem Ducem in religione conſtituerunt, ſequentes errores immanes docuit.

Notate Principes

I. Nullos Chriſtianis Magiſtratus eſſe gerendos in Republica.

II. Non eſſe ad prophanos Magiſtratus ob ſui defenſionem confugiendum.

III. Nec fures, neque latrones in vincula coniiciendos, aut plectendos eſſe.

IIII. A Chriſtianis nec pendenda tributa, neque operas Dominis eſſe præſtandas.

Præterea damnauit omnes leges humanas, Imperatorũ, Regum, Prouinciarũ, & Ciuitatũ. Denique ſpreuit oẽs ordines Patricios, & Equeſtres, ac quoſcũque nobiles, quorũ etiã imagines cõtẽptim varijs additis ludibrijs, qui eũ ſecuti ſunt, pingunt.

Petri

Pernicioſiſsimè verò ijdem cum illo docent infantes ad futuram fidem, & futuram remiſsionem peccatorũ eſſe baptizandos, quaſi dum baptiſmus confertur non conferatur eodem tempore & peccatorum remiſsio,& fidei donum.

Præterea blaſphemant, Baptiſmum infantibus illis,quibus fides propria & aliena ferre nõ poteſt auxilium, nequaquam prodeſſe. Ex quo per iſtos efficitur, infantes licet baptizatos, reuera tamen per baptiſmum nec eſſe participes Chriſti, neque ex ſãcto Spiritu renaſci,nec peccati originalis culpæ,ſiue reatus remiſsionem aſſequi. Quare ecqua iſtis ſine baptiſmo erit via ſalutis?ſed & ipſimet Picardi non negant Baptiſmo verum Chriſtianum non effici:quamobrem eos,qui antę vſum rationis atque(vt ipſi loquuntur)ante annum duodecimũ moriuntur,dãnari putant. Item infantem credunt in hæreſi natũ,eſſe rebaptizandũ. Et ad eas redacti inſanias,vt neque baptiſmum, nec alia ſacramenta quidquã in homine exiſtiment operari, opus eſſe aiunt,vt ante baptiſmũ,atque ante alia ſacramẽta, per propriam fidem quis iuſtificetur. Hinc igitur Chriſti & ſapientiæ,& inſtitutõ,& merito paſsionis,maxima infertur iniuria.

Quod ſi quis de ijs quærat,cur igitur ipſi baptizent infantes?Reſpõdent,Vt obligentur parẽtes, & adſciſcantur ſuſceptores,qui baptizatos in fide, & bonis moribus ad annos vſque diſcretionis inſtituant,donec propriam fidem, per quam iuſtificentur,profiteri queant.Sic iſti nouã ſuſceptorum & baptiſmi adhibitionem pepererunt, non ad regenerationem,ſicut Chriſtus inſtituit.

Fol. Ec. 7. & 4. & 5. & clarius fol. K & 7. & ad 2. K 4. K 6. Sturmi pa. 201. & 203. 211.

Sturm. pag. 19. 206. 310. 313. Illud autem aduertendum eſt (vt ſibi nunquam falſitas conſtat) plures iam fateri ſeſe ab illorum ſuorum Apoſtolorum orbita, ſeu potius cœcitate deflexiſſe. Recenti enim confeſsione edita errorem de Baptiſmo retractarunt. Fatentur enim ſe ex ſcripturis denique intellexiſſe iterationem Baptiſmi in Eccleſia non eſſe neceſſariã. At ſanè potuiſſent ante 1500. annos ab Eccleſia Catholica hanc veritatem doceri. Et vt poterant edoceri, ita corrigere apertè deberent, iuſtũ de Baptiſmo infantum errorem, niſi cum iam illum non doceant, & tamen callidè occultent) ſubdolè alios in ſuorum maiorum pedicas incautos trahunt.

Ann. 157 art. 12.

Confeſsio Anno 1574. edita, pa. 6 Quod verò adhuc in eodem errore verſentur, teſtatur præfatio eiuſdem nouæ illorum cõfeſsionis, cùm ſuæ ſectæ originem ſcribũt. Hi enim ſunt (inquiũt) noſtri Principes, Auctores, & maiores, quorum doctrinam, & pia ſtudia hactenus imitamur. Hæc illi.

Anno 1507 pa. Et liquidiùs in confeſsione Regi Ladiſlao oblata affirmant, Baptiſmum maiore cum certitudine eſſe in hominibus ratione vtentibus. Verum enimuerò Eccleſia & credit & credendum præcipit omnes infantes in nomine Patris, Filij, & Spiritus S. aqua ſalutari ablutos, ſi in illa innocentia, antequam mortaliter peccare poſsint, ex hac vita deceſſerint, certiſsimè vitam conſequi æternam.

Anno 1574. art. 4. pa. 12. & 13. Præterea eadem confeſsione Picardi omnes homines in peccato concipi, & naſci & natura filios iræ fieri dicunt, & eius peccati fructum eſſe æternam damnationem.

Quòd autem Sacramenta nihil vt blaſphemant) in

in hominibus operentur, ac propterea opus sit ante baptisma iustificari, extat eorum scriptum, quod ita habet. Fratres nostri ita docent, quod Sancramta per se, & seipsis, seu externo illo opere, porrectione videlicet, & acceptione, vel vsu) nulli, qui non sit prius per Spiritum S. viuificatus, & qui (vt dicũt) bonos motus in se nõ habeat prębeant gratiam, neque iustificãtem neque viuificantem fidem atque ita non iustificetur in spiritu, neque regeneretur. Itaque & hunc si discesserit ante annos discretionis esse damnandum opinantur. *De hoc vide art. 11. de sacram. in communi pag. 55.*

Addunt impium, & pestilentissimum errorem aduersus Sãctissimam Trinitatem. Dei enim opera ita ad extrà secundum distinctas personas diuidunt, & opus creationis autumant adeo peculiare esse Dei Patris, vt id neque ad Filium Dei, neque ad Spiritum S. vllatenus spectet: Ex quo efficitur tribus Sanctiss. Trinitatis personis, non eandem esse Deitatem, non eandem naturam, non eandem potestatem, non eandem sapientiam, non eandem coæternam Maiestatem, si quidem distinctas formas, & natutas habeant necesse est, quorum operationes & actus diuersi sunt. Ecquid autem isti aliud agunt, quàm quod filium Dei & Spiritum sanctum sua Diuinitate spoliant, atque ita latissimè viam ad Arianismum sternunt? Cæterum Picardi sua confessione de fide Sanctiss. Trinitatis apertè hoc, quod diximus, enunciant.

Negant item verum corpus, & sanguinem Christi esse in sanctiss. Sacramento altaris. *Pag. 170. Anni 1574. art. 3. fol. 9.*

Accedit eorum dubitatio in fide, ipsaque ignoratio necessariorum ad salutem articulorum. Et- *pag. 331.*

nim respondentes ad tertium Lelicensium scriptum, narrant inter sese ortum esse dissidium, in primis: Num iuramentum à fratribus exigendum
Fol.70. sit. Deinde: Num qui Magistratum gerit, locum in Ecclesia, & salutem consequi possit? Neque enim multò antea existimabant barbaros esse, idololatras, ac paganos, qui Rempub. administrant. Quos errores reliquorum suorum fratrum agnoscit Lucas quidam, respondens scripto alterius, quem sua lingua vocant Kalencz, anno huius seculi 23. eáque responsio Boleslauiæ edita est, in qua ijdem errores extant, se verò, inquit, istum errorem emẽdasse
Fol.83. & 5. ca. 3. déque eo pœnitentiam egisse.

Præterea scriptis contra Lelicenses editis aper-
Fol.47. tè asserunt, se dubitasse, quid nam de cœna Domini esset credendum, cum enata fuisset inter Taboritas ea de re, & alios sacerdotes acris dissensio. Sic enim eorum quinquaginta in syluas, & montes Ziambergenses sese contulere, homines rudes, &
Fol.51. prophani, tanquam ad nescio quod Synodi genus de tota re deliberaturi: id quod scripto contra Lelicenses ipsimet recensent. At & fatentur se processisse ab illa Husi parte, in qua sacerdotes vtranque speciem porrigentes Catholicæ Ecclesiæ ritus, & mysteria celebrant: Ecquis igitur (bone Deus) vno momento tantam rudibus, neque verò vel Episcopis, vel sacerdotibus nec legitimè vocatis tradidit facultatẽ docendi, & administrandi Sacramenta, atque eos recipiendi, quos sacerdotes ementito nomine creabant, siue quos ad se ipsos seducebant? Si quis autem ei sectæ se addixisset, hunc iterum esse baptizandum, deinde infantes

bap

baptiſmo initiari in fidem futuram, & remiſsionem peccatorum futuram, atque alia eiuſmodi cõmẽta impia (vt & ſuperius diximus) cõmenti ſunt.

Cùm autem maiores illorum docuiſſent in Eccleſia eſſe ab ipſo Dei filio ſeptem inſtituta Sacramenta (quòd ex eorum confeſsione edita, & Regi Ladislao oblata liquet) poſtea reſpondentes contra Lelicenſes, duo tantum eſſe aſſerunt ad ſalutem neceſſaria à Chriſto: cætera verò quinque ab Eccleſia ſancta ob miniſterium multorum ſingulare conſtituta, quæ cùm veritati inſeruiant, hæc ſeſe nomine conſtitutionis humanæ non reiicere: Neque verò hîc conſtiterunt. In decreto enim articulo, vbi quærunt, ecquis inſtituerit Sacramenta, ſcripſerunt tria à Chriſto fuiſſe inſtituta, reliqua verò ſuam veritatem, & dignitatem ex tribus alijs conſequi. Nempè Ordinem ſacrum, Matrimonium, & extremam vnctionem, quæ tribus alijs contineantur, quæque ſuo tempore ſint neceſſaria, & ad ſalutem vtilia: Verum illud omittunt, nũ fuerint à Chriſto, an ab hominibus inſtituta. Deinde eodem decreto vbi agunt de miniſterio ad ſactam vnctionem octo docent eſſe Sacramenta: Sic enim aiunt: Notum ſit, quemadmodum rationem de Sacramentis, ex R. Magiſtri ſcripto ſubducentes, nos octo Sacramenta credimus vſque ad extremam vnctionem. Hac verò (aiunt) vſos fuiſſe initio, ſed denique omiſiſſe: poſtea verò ob varias cauſas diſcutiendum iterum ſuſcepiſſe, an ea vti deberent.

Anno 1574. art. de numero & differentia Sacramẽti. fol. Num. 2. Fol. 287.

Notã.

Quo iudicio abſoluto vnctionem ſuſtulêre, niſi quis eam neceſſariò cupiuiſſet, potiſsimum is qui

egeret testimonio remissionis defectuum, qui ratione sensualitatis (vt vocant) corporis profluxissent. Sic pro sua libidine numerum, essentiam, vsumque Sacramentorum mutare sunt ausi.

At nõdum finis; Paruo enim Catechismo tã docent duo tantùm esse Sacramenta, Baptismum, & Cœnam ab ipso Christo esse instituta. Et olim *dicebant malum sacerdotem Sacramenta polluere,* *Fol. 44.* responsione edita aduersus Lelicenses. Postea in *Confessione tradiderunt res istas ministeriales ex* *Anni 150. fol. N. 3.* se non conferre sanctitatem, ad quarum administrationem, si malus sacerdos accesserit, eas *pollui* dicunt.

Verùm aduersus hoc rursum hac noua Confes- *Artic. 21 fol. 70.* sione asserunt Sacramenta vim suam nunquam amittere, sed semper eam ex Christi instituto retinere, siue probus, siue improbus sit sacerdos, siue hypocrita, siue occultus peccator.

Quamobrem aliquando docent Sacramenta esse vera, nouamque generationem ex virtute *Dei,* & remissionem peccatorum conferre, *idque* virtute sibi in Christi sanguine data operari. Quanta autem sit distinctio inter nouæ & antiquæ legis Sacramenta docent eo scripto, quod contra Lelicenses ediderunt. *Fol. 44.*

Rursus alibi his contradicunt, Sacramenta, aien- *92. 106. 259. 288.* tes, nuda esse tantùm signa, inuisibilis gratiæ, & promissionum Christi, quare & cum circumcisione, ac cum alijs veteris legis mysterijs comparant. *Anni 1574. art. 11. fol. 54*

Quodque Sacramenta nihil in homine operen- *Fol. H. L. I.* tur, neque nouam generationem, neque remissionem peccatorum. Vide nouam eorum Confessionem

nem de Sacramentis in communi. Librum item de iterando Baptiſmo. Denique in articulo decreto de ſacro miniſterio baptiſmi iterando.

Accedit ad hæc omnia, fraus, & inconſtantia in mutilandis, mutandiſque quot ſubinde aut à maioribus ſuis libros acceperunt, aut ipſi ediderũt. Verbi gratia: Extat bis de iterando baptiſmo liber, primò Belgicè impenſis Vlrici Velenſis, à Minchovv: Deinde iterum editus, ſed cui nec tempus, nec locum adſcripſêre. In vtroque autem magnoperè variatum eſt, tertiamque partem primi à ſecundo edito abſciderunt. *Anno* 1511.

Ediderunt quoque nouiſsimè nouam fidei confeſsionem, quam tandem habeant ceu teſtem certiſsimum, & fideliſsimum doctrinæ, ac fidei illius, quam à ſanctiſsimis (inquiunt) maioribus ſuis primis Eccleſiæ Chriſti repurgatoribus acceperunt. Proinde hanc volunt certiſsimam eſſe regulam, ac normam, ſecundum quam intelligantur tum maiorum ſuorum ſcripta, quæ vel huc vſque ediderunt, vel ſi qui in poſterũ edituri ſint, hi emendentur, & corrigantur. Attamen & hanc ipſam bis eodem anno cùm Boëmicè euulgaſſent in lucem, variè immutarunt, inuerterunt, auxerunt, id quod tum alibi, tum certè vno articulo duodecimo de baptiſmo liquet. Mira profectò regula, quæ nunc recti, nunc curui formam accipit. Sed neque recti quicquam ea habet, quippè quod inanem gloriam & lucrum quærunt, non quæ ſunt Chriſti. Itaque ad tempus, & ad rationem perſonarum ſeſe tãtùm attemperant. *Anno* 1574.

Quæ cùm omnia, idem Venceslaus Sturmius

Digitized by Google

Theologus copioſè prodidiſſet, atque optimè cõfutaſſet, ij veteribus exemplaribus omiſsis, & ſuppreſsis (quoad eius fieri potuit) alia edidêre, erasis, & immutatis quæ cõtra ſeſe facerent, Lutheranos, & Caluinianos in hac quoque arte imitati. Quãobrem nec habent quid reſpondeant, ſi quis de illis quærat, num Spiritum ſanctum, verãque fidem maiores ſui habuerint: ſi enim habuerunt, cur fidẽ illorum iſti non ſequuntur? cur econtrariò libros & ſcripta eorum reformant? cur diuerſum ab illis dicunt, & quidem in regula fidei, atque vbi prorſus contradictoria proferuntur? Quod ſi Spiritum illi ſanctum non habuêre, cur pro patribus agnoſcunt? cur ſeſe illorum diſcipulos iactant? cur aiunt illos ad Papiſticã idololatriam repurgãdam fuiſſe miſſos à Deo?

Et verò hoc magis eſſet mirandum: niſi Diuino iudicio ſic omnes ſolerent hæretici eadem prorſus facere, quorum alios arguunt, in quos illud rectiſsimè quadrat: Inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui alium iudicas. Nam in quo alium iudicas, te ipſum condemnas. Sanè contra Lelicenſium ſcriptũ veheměter illis indignãtur, quod omnes (inquiũt) communitates, quę cum illis non conſentiunt, ſic ſpernant & damnent, vt ſeſe ſolos à Deo miſſos glorientur. O miſeri (aiunt) ſeniores de Lelicz quã tum facinus auſi eſtis? adeò licenter quamlibet factionem, quæ vos non audierit, ſcripturęque ſacræ nixa veſtris mentibus haud ſatisfaciet, pro Eccleſia Antichriſti ducitis, & impiè cõdemnatis? Quid verò de Luthero dicant, cui nec parcunt, extat in libro edito aduerſus VVoitechum à Pernſtain.

Fol. 163. Anno 1558. fol. 15. 52. 53. 54.

Quo

Quo in librò eoſdem Lelicenſes grauiſsimè obiurgant, quòd ob ſui ſingularem amorẽ proprium, (hoc eſt ſuperbiam) ſtatuerint, ſectam ſibi ab omnibus alijs ſegregatam, & diſsidentem. Ac verò temerè nouum ſacerdotium excitauerint, quod officijs, conſuetudine, ſenſu, (vt verbis eorum vtar) ab alijs prorſus ſit diſiunctum.

Quod quidem veluti crimen contra conſcientiam grauiſsimum vehementer exaggerant, quippè quod (aiũt) in Eccleſia pariat ſchiſmata & diſſenſiones: Hæc illi. At cũ ipſimet initio ſeceſſerint ab Eccleſia Catholica, nouoſque miniſtros, & alia inſtituerint, ecquid ſceleris ſe patraſſe putauerint? Certè in confeſsione ſua fatentur ſeſe ab omnibus alijs ſecreuiſſe alio impulſos ſpiritu, quàm Taboritas: nouamque feciſſe ſeceſsionem, quę quidem quàm abſurda, & impia fuerit, Sturmius ipſe in Boëmico ſuo libro accuratè & doctè perſequitur. *Anni 1574. Prolog. fol. 6. Pag. 61. vſquead 93.*

Atqui in eo libri Prologo quẽ aduerſus VVoitechum ſcripſerunt, huic vitio vertunt, quod cùm neque ſacerdos, neque Theologiæ Doctor creatus ſit, ſcripturæ tamen interpretandæ, & Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrandarum ſibi ius vſurpet. Quæ ſi à Catholicis obiiciantur Picardis, quid dicent? Cæterùm nobilis ille vir, cur ad eiuſmodi fratres à Religione Catholica ſecedere noluerit, rationem reddidit fidei ſuæ, non autẽ ea ſibi vſurpauit, quæ Picardi viro conſtanti, & probo obiecerũt. Quaſi verò fratres iſti cùm ſint rudiſsimi artifices, & operarij, atque à ſtiua abſtracti potuerint ſacerdotium, & munus Epiſcopale, ac ipſam Chriſti

Christi Domini auctoritatem sibi vsurpare, & nouos Apostolos, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, nouam societatem, nouos ritus instituere, ac verò præscribere pseudoepiscopis, & pseudosacerdotibus suis, quanam ratione scripturam exponere, Sacramenta administrare, & alia id genus facere debeant: Catholico autem viro nõ licuerit fidei suæ rationem reddere? Nunc autẽ sacerdotes sint ipsi Picardorum Ministri, iudicium esto omnium, qui Theologica vel summis labijs deguſtarunt. Sturmius autem id fusiùs, & doctè suo libro contrarium ostendit apertissimè.

Sturmi à pa. 108. vsque ad 135.

Verumenimuerò, quando hæc non essent, quibus ista secta à Satana profecta esse manifestò deprehenditur, vel vnum sat esset, cùm dicunt, sese credere, sentire, docere, quod docent, sentiunt, & credunt omnes Ecclesiæ, quæ post Lutheri tempora ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ sese subduxerunt: cùm tamen notissimum sit tot sectas inter sese dissectas planéque inuicem oppositas, cùm anathematibus sese mutuò confodiant, à solo Sathana agi. Quod autem ita senserint, & locuti sint, extant eodem in libro aduersus Voïrechum ipsorum aduersus seipsos testimonium. Aiunt enim se credere Ecclesiam Catholicam ministerialem esse omnem Christianitatem sub toto cœlo, suam verò vnitatem esse tantũ partem illius, velut & Romanam, Boëmicam, Lutheranam, Zuinglianam, Caluinianã, & alia id genus. Et confessione anni 1574. articulo octauo de Ecclesia sancta sic habent. Interim docent fratres nostri de sua congregatione, vel vnitate sentire id, quod de alijs Christianis paruis,

Pag. 15.

Anni 1574.

Art. 8. pag. 40.

paruis, vel magnis vnitatibus ſentire decet, quod ea non ſit ſola Eccleſia, ſed tantum pars eius veluti fuit Corinthiaca.

Ac tamen cùm hæc dixiſſent rurſus ſcripto ſuo *Pag. 6.* cõtra Lelicenſes contrariũ pronunciarunt. Nempè memoratos hæreticos inter ſe nec ſenſu, nec doctrina, neq; interpretatione cum ſacra ſcriptura eſſe cõcordes. Quælibet enim (aiunt) vnitas Chriſtiana ſcripturis ſacris, prout optimè norit, vtitur: Nec vlla ex his ſectis moueri ſe ſinit, aut doceri, vel ſacræ ſcripturæ expoſitionem recipere audet, timens ne hac tanta de religione diſcordia decipiantur ab aliquo.

Quî ergò fieri poteſt, vt inter has, quæ non ſolùm inuicem, ſed inter ſeſe (vt oſtenſum eſt) ſunt diuiſæ, ſit aliquis ordo, vnanimitas, concordia, charitas, & in primis vnus Deus, vna fides, vnus verus ſacræ ſcripturæ ſit intellectus? Quem ergo habebunt ſpiritum ſapientiæ, intellectus, conſilij?

Cùm olim Taboritæ cum ſacerdotibus, & magiſtris Pragenſibus (præter alios articulos fidei) potiſsimũ de corpore Chriſti in venerabiliſsimo Sacramento cõuenire nequiuiſſent, grauíſque inter eos diſsẽſio per multos annos extitiſſet, mutua item bella inter eos orirentur, omnes Regni Boëmiæ ordines ſub vtraque ſpecie communicantes, nullis laboribus, vigilijs, & ſumptibus pepercerunt, vt eos ad concordiam adducerent, nec tamen quicquam effecerunt. Tandem Pragæ conuenientes ſtatuerunt, vt ſabbato poſt feſtum ſancti Pro- *Anno 1443.* copij tam Taboritarum, quàm Pragenſium ſacerdotes cõuenirent, déque articulis, qui controuertebantur,

tebantur, colloquerentur. In quibus autem consentire inuicem non possent, eos proximis comi-
Anni 1544. tijs post trium Regum festum celebrādis scriptos proponerent. Ac quidquid in ijs secundum scripturas, & sanctos Patres in scripturis legitimè fundatos esset probatum: id omnes vnanimes admitterent, crederent, docerent, neque vetò alios sacerdotes, Parochos, aut Concionatores in suis ditionibus ferrent. Idque sub grauissima pœna: nimirum amissione ipsius causæ, atque adeò ipsius honoris (vt dicunt) & famæ. Quæ omnia pactis, conuentis, literis, iuramentis, ac propriorum sigillorum appressione, atque appēsione se seruaturos inuiolabiliter mutuò promiserunt. Quod tamen postea in irritum cessit: Valdensibus & reliquis, per talia conciliabula, iterum, atque identidem pacem quærentibus, & non inuenientibus. Iam de hypocrisi, de baculo, & pera, de voce exili, de externa demissionis, & humilitatis larua, quibus antea vsi sunt, donec erumperent, superua canetum est loqui. Hæc enim iam ita sese prodiderunt, vt aliæ quoque hæreses à Picardica metuant.

Itaque hinc viderint omnes, quibus Picardica secta sapere incœpit, quàm temerè eam commendent, aut ad eam prouocent, eam certè Synodis omnibus legitimis, hoc est Apostolicæ doctrinæ, quam vna ipsa Catholica Ecclesia semper tenuit, anteponere, aut delirum, aut perfidum caput sapit.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS
eorum omnium quæ in hoc volumine continentur.

A

ALexander Epirotarum regul⁹ Turcas sępè vicit. 84

Amasias Rex Iuda, quòd ex Israëliris schismaticis milites conduxisset, & ad prælia duceret à Deo reprehensus. 82

Ambrosius quomodo hæreticos in sua ciuitate esse non sit passus. 799

Amicitia quid sit & quomodo illa nisi inter pios Christianos esse non possit, 166

Amoris vis ad omnes dolores amati caussa perferēdos. 151

Angeli & Dæmones in quibus differant. 126. Angeli pios omnes Christianos vallant, & eos ab hostibus si opus sit liberant, 148.149

In Anglia potius prædonem esse licet, & sacrilegum quàm Catholicum. 173

Anglorum in Catholicos sæuitia. 83. Angli numquam crudeliores fuerunt quàm cum Catholicam fidem exuerūt. 112

Antichristus est, aut diabolus qui vniuersalis Ecclesiæ decreta conuellit. 137

Antichristi præcursores Caluinistæ esse demōstrantur. 246

Antimachiauelli auctor quid maximè intendat. 133

Apostoli cur à terræ regibus cōtra hæreticos leges ferri non petierunt. 200

Arius scintilla vna fuit, at quantum concitauit incendium. 168

Ariani auctores fuerunt tu multuum, qui in oriente sunt excitati, 173

Ariani quomodo à D. Antonio pręuisi demoliri altaria. 243

Athenienſium opes euertit anilis quædam & misera superstitio. 146

Augustana Confessio damnata fuit ab omnibus synodis. 301

Augustanam confessionem nec ipsi hæretici receperūt. ibi.

Augustanis in comitijs quomodo inter Catholicos & hæreticos cōcordia iniri cępit. 303. Augustanæ cōfessionis articuli in quib⁹ cōcordia inita est. 303. & in quibus concordari non potuit. 304. in quibus concordatum est, quomodo Hæretici nō perstiterint. 306. Augustana confessio à nullis est recepta Academijs. 307

Augustana cōfessio vera illa est quā Augustanus episcopus, & cæteri Catholici Augustæ

 profiten

profitẽtur.193. Augustana confessio,quam hæretici Carolo V. exhibuerũt,varia & multiplex, & proinde incerta.ibid. Augustana Confessio statim enata plures annos delituit, nec dicenda Confessio sed inficiatio fidei auitæ & Christianæ. 194. Augustana Confessio sæpè fuit mutata,renouata,& reddita incerta.295.Augustanam Confessionem quinam respuant. 297. Augustana Confessio Euangelio repugnat & vniuersæ antiquitati. 299

Augustanam Confessionem qui profitentur inter se nõ consentiunt. 335

Augusti tempore pax quæ Romæ fuit, non ipsi tribuenda Augusto, sed Christo. 118

Augustinus insignis veritatis assertor supplicijs hęreticos dignissimos esse asseruit, & cur. 193. Augustinus leges aduersus hæreticos & principũ piam intentionem misericordissimam disciplinam vocat. 209

Augustini testimonia Catholicos cũ hæreticis inire non posse concordiam. 175

Aurea Bulla Caroli IIII.Imperatoris quid contineat. 85

Auxẽtius quia Arianus nunquam mihi aliud quàm diabolus erit, dicebat noster Hilarius. 169

B

BElgæ hæretici fidem Catholicis datam sæpè violarunt. 177

Belgiũ ob hæreticos adnissos destructum. 11

Belli gerendi iustæ rationes quæ. 13.

Bellum qua ratione maximè gerendum.86.Bellum est necessario contra improbos suscipiendũ,sed contra hęresim maximè. 114

Blandrata Arianus qua ratione mortuus. 41

Bodini scripta, & primum methodus historiæ, quæ tota hæresim sapit. 87. Apocalypsis D. Ioãnis auctoritatem eleuat. 88.alij eius errores.ibid.parcissimè de Iesu Christo filio Dei loquitur.93. Bodin' Pont. max. potestatem carpit. 101. Bodini libri de republ. quam primum sunt purgandi. 121

C

CÆlibatus lege *ijs,qui solui* cupiunt, *quid sit* respondendum. 117

Cælibatus legem qui imperatores firmarunt, è Christi instituto fecerunt. 115. Cælibatus concilium Christus dans multo se sapientiorem omnibus principibus mundi ostendit. 116

Caluinistæ direptionibus tẽplorum vacantes quos imitentur. 259

Caluinistæ non habent verã Ecclesiam.215. Caluinus *quis & cui*⁹ de Eucharistia blasphemia. 218. Caluinistæ demonstrantur

tur esse hæretici. 229. 230. 231.
Caluinistæ quomodo non sint de Ecclesia. 245
Caritas non Diabolo, sed Turcis & hæreticis exhibenda, quod à nobis, & quomodo, præstandum. 205
Caritas religionis Christianę nota est reliquis omnibus insignior. 126. Caritatis defectu quomodo omnia nobis mala euenerint. ibid. Caritas quantum valeat ad pericula omnia perferenda. 150
Carolo V. confessio Augustana summè displicuit. 308
Carolus quintus res fidei ad sanctam sedem retulit. 329
Carolus magnus qua ratione regnũ Galliæ restauauerit. 73.
Plures orando quã pugnando victorias reportauit. 74
Catholici cum Hæreticis etiam aduersus hæreticos coniungendi non sunt. 29. à Catholicis in Concilijs quid factitatum. 13
Catholici non vitant hæreticos odio, sed caritate poti⁹. 221
Catholicus in quo ab hæretico differat etiamsi vtérque in fide erret. 228
à Catholicis Doctoribus in Sanctos Patres Paraphrases & appendices editæ quàm differant ab ijs quas hæretici ediderunt. 342
Christianam fidem quocumque habitu vel more viuendi quisque sectari potest, si non est contra diuina præcepta. 164
Christiani pro Christo tormenta ferentes maiori laude digni sunt quàm Ethnici qui pro rep. eadem sustinuerũt. 138. Christiana disciplina à perditis despicitur: à probis suspicitur. 139. Christiani in proprijs periculis patientes: in alienis vindices existunt. 143
Christianus non est, qui in Christi Ecclesia nõ est. 4. Christiani milites cum Ethnicis imperatoribus mira gesserunt, sed hæreticis iuncti, nihil. 81. Christiana religio vbi floruit regna floruerunt. 91
Christiana religio optima & perfectissima reip. forma. 99
Christus & Apostoli cur pauperes esse voluerint. 273. Christus est aduocatus sed non iniquus & iniquæ caussæ non patrocinatur. 290
Christus Catholicorũ & hæreticorum finis non est, vt vult Nua. 3. Christus nullius hæreseos est fundamentum. 4
Circumcellionũ feritas quãta fuerit. 195
Clodouæi regis Christianissimi baptismus & gesta aliquot. 76
Clotharius rex volens Ecclesiarum bona vsurpare mutauit sententiam. 76
Cogi homines ad iustitiam quomodo necesse sit. 202
Collegia militum qua ratione instituenda, qui maximè

docere poſſunt. 85
Colloquia cum hæreticis quę clades ſint conſecutæ. 322
Colloquia inter Catholicos & Hęreticos à regibus nõ permittenda. 321
Colloquia omnia cum hęreticis habita ſecutę ſunt funeſtiſſimæ clades. 322
Concilium Tridentinũ quomodo coactum. 307
Conciliorum generalium & ſedis Apoſtolicæ quanta ſit auctoritas. 236. Concilium in Gallia quod malis remedium afferat non eſt expectandũ. 240
Concordia cũ hæreticis firma iniri non poteſt. 171
Concordia Dreſdenſis hæreticorum eo anno quo nata eſt interijt. 39. Concordia illa in prouerbium abijt. 40
Confeſſio auricularis à Chriſto inſtituta probatur. 277
Confeſſio peccatorum quàm exacta eſſe debeat. 278
Confeſſionis peccatoris qui veteres meminerint. 279
Confeſſionis in Eccleſia vſus eſt antiquiſſimus. 280
Conſtantinus magnus quid reſponderit dum ad eum referrẽtur cauſæ Eccleſiaſticæ. 320
Conſtantinus magnus quid reſpõderit pheudoepiſcopis Africanis colloquium efflagitantibus. 320
Conſtantinus legem Auguſti contra cęlibatum abrogauit, & cur. 116. Conſtantini imperatoris fælicitas. 119
Conſtantini contra hæreticos edictum. 189. Conſtantinus magnus opes Eccleſiæ contulit, quemſpij reges ſunt imitati. 252, 258.

D

Dæmones quibus rationibus in Eccleſia Catholica eiiciantur. 95. Dæmon quot qualibuſue modis Chriſtianam religionem tentet euertere. 122
Decimę ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuadit. 254
Deus cur templorum ornatu delectetur. 255. Deo quæ per ſe ſunt vilia, fides efficit pretioſa. 256
Deus cur primo piſcatores deinde venatores miſiſſe dicatur. 201. Deo nos nemo magis amare poteſt, is tamen nos non deſinit caſtigare. 213
Deum iudicem timeri non debere Lutheri & Caluini dogma eſt à veteribus hæreticis acceptum. 288. hoc autem eſt omnibus ſceleribus iter pandere. ibid.
Dilemma contra hęreticos qui colloquia efflagitant 315
Duellorum vſus ab Eccleſia & republ. exterminandus. 110.

E

Eccleſiæ nota vna fælicitas temporalis. 119
Eccleſia Catholica dubitationem Academicã deteſtatur, omneſque ſect cuicumque addictos

Digitized by Google

dictos ſaluari poſſe. 224. Eccleſia in nouo teſtamento verè, in-notuit quod probatur. 225. de Eccleſia & de veritatis doctrina nulli iam dubitare fas eſt. 226. Eccleſiam ſequatur, qui nõ vult errare in Scripturarum obſcuritate. 233

Eccleſia numquam concuti aut concidere poteſt, in qua non ſunt neutrales, ſeu medij inter hæreſim & fidem Catholicã. 46 Eccleſia non eſt inuiſibilis ſed viſibilis. 47. Eccleſiã hæretici cur perijſſe dixerint. 65. Eccleſia non vni genti adſtricta. ibid.

in Eccleſia ſunt boni & mali, & propter malos præpoſitos nõ eſt deſerenda Eccleſiæ doctrina. 263

ab Eccleſia petẽda eſt doctrina veritatis non à principibus. 240. Eccleſia vera eſt Eccleſia, quæ Catholicæ nomen habet. 231. Eccleſia vna eſt quia vni viſibili paſtori ſubiecta eſt. ibid. Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum primatũ Chriſti voce obtinuit. 235. ab Eccleſia Romana definita in dubium reuocari non poſſunt. 240

ab Eccleſiæ Romanæ iudicio diſcedere non licet, nec vlla Synodus Generalis quicquam contra illam ſtatuet. 241. Eccleſia quomodo vna ſit. ibid. extrà Eccleſiam nullum viuificat Spiritus S. 243. extra Eccleſiam Catholicam nemo vir eſt bonus & probus. 244. Eccleſia Romana numquam errauit. 245

Eraſmi Rotherodamus vnde & quibus parentibus ortus. 337 cuius religionis monachus. ibi. quando monachatum deſeruerit. ibid. quibus de rebus libros ſcripſerit. p. 338. quo pacto errores ſparſerit. ibid. Eraſmi Lutherus ſectator eſt. 338. Eraſmus quosè libris ſacris reiiciat. p. 339. quam turpiter lapſus dum in Patres edit commẽtaria. 339. quid de Luthero ſenſerit. 340

Euchariſtia habet verũ Chriſti corpus & ſanguinem, nec idololatria eſt eam colere & adorare. 265. Euchariſtia ſi tantum corporis Chriſti ſignum eſſet, Chriſtus ſe ipſum fuiſſet interpretatus. 266. Euchariſtiæ veritate vtuntur Patres ad confutandas hæreſes. 267

Euchariſtię vis contra dæmonem. 97

Euchariſtiæ ſumptio ſub altera ſpecie non damnatur per Confeſsionem Auguſtanã. 305. & Euchariſtię veritas per eamdem admiſſa. ibid.

F

Fidem tantùm eſſe vnam oſtenditur. 328

Fortitudo Chriſtiana cum manſuedine animi & modeſtia coniuncta eſt. 141

Fortis nullus etiam apud ethnicos vir fuit, qui animi moderationem. i. humilitatem non habuerit. 142

Fortitudinem ſuperſtitiones gentilium non inuexerunt ſed timiditatem. 146
Franciſcus Dauidis Arianus quomodo mortuus. 42

G

GAllia maximè euerſa eſt, quod hæreticos in ſuas ciuitates admiſerit. 10
Galliæ ciuitates quæ hæreticos non admiſerunt incolumes perſtiterunt. 11
Galliæ celebres Scriptores, quorum fidei ſtãdũ, ſi volumus legitimam Synodum in Gallia cogere. 36
Gallici regni archiepiſcopatus abbatiæ &c. 144
Galliæ olim maxima pietas in quo enituit. 145
Gallorum gloria è Catholica religione maximè. 69
Gallorum ciuitates præcipuæ Catholicam religionem tuentur. 70
Gallorum de ſalute non eſt deſperandum.
Gallię Rex Regum à Turcis ob illius illuſtrem religionem iam olim dictus eſt. 71
Gallię regnũ qua ratione reſtaurandum. 73.& 77
Gallię rex futurus quibus rationibus regnum reſtituet. 78
Gallię regnũ quot habuerit Cardinales vel epiſcopos cancellarios. 108
Gallorum primariæ vrbes Catholicę ſunt, & nullus ex eis niſi mitiſſimis moribus præter Caluinianos. 112
Germania ideo ab hęreſi corrupta fuit, quia Lutherus in ea extinctus non eſt. 183
Germanię regiones & ciuitates quæ hęreticos expulerunt, quiete & pace gaudent. 12
Germania quot quantiſque hęretibus ſcateat. 14
Gloria vera cuius cupidi ſũt Chriſtiani homines. 140
Gręci ad ſynodum conuocãdi ſi pax in Eccleſia vniuerſalis ſit concilianda. 21
Gręci adhuc in proceſſione ſpiritus S. errant. 22
Gregorium Nazianzenum pœnitet, quod nimia in hęreticos ſit vſus manſuetudine. 211
Gunchramni regis præclara ad ſuos populares oratio. 74

H

HÆreſis cum Catholica fide numquam coire potuit. 52
Hęretici quibus pœnis olim mulctati ad fidem catholicam redierint. 53
cum Hęreticis tranſactio nulla ineunda eſt. ibid.
Hęretici cum Catholicis nõ ſunt permiſcendi. 54
Hæretici cum catholicis amicitiã ſimulare voluerunt. 58
Hęreſis hæreſim gignit. 44 Hæreticis nihil prorſus cõcedendum eſt quod fidei puritati officiat. 48. 49. eis tamen delictorum pœnæ cõdonari & legum rigor remitti ſolet. ibid.
Hęreſis vna cum Chriſti fide tolen

toleranda non eſt. 3. Hęretici ſunt morte, aliiſque ſuppliciis afficiendi. 6. Hęreſis peſti qua ratione aſſimiletur. 7. Hęretici conuerſi ſunt cum eis libertatis ſpes ablata eſt. 8. Hęretici vbi regnant nullúm catholicis ſuę religionis exercitium permittũt. 13. Hęretici omnes puriſſimum Dei verbum ſe habere iactant. 19

Hęreſis infidelitate grauius eſt peccatum, & non debet in rep. tolerari. 165. Hęreſis nõ admittenda in conditione vlla pacis. 168. Hęretici quot quantaſque Catholicis intulerunt iniurias. 172. Hæreticorum maxima in catholicos crudelitas & ſæuitia. 174

Hæreticus eſt qui morbidum prauumque in Eccleſia Dei ſapit. 228. Hęreſes nouę qualiter redarguantur & communicantur. 229. Hęretici exeunt ab Eccleſia, non hęc ab illis. 230. Hęreſes dignoſcuntur, eò quod ab homine nomẽ inuenerũt. 231. Hęreticorum impudentia ſe habere è cœlo ſua dogmata iactãtium. 235

Hęretici, nulli ne quidẽ Deo cedunt. 330

Hęretici nulli in ſuis conciliabulis rite conuenerunt. 34.

Hæretici cum catholicis in quibuſcumque colloquiis nũquam concordiam inierunt. 36. Hęretici cum hæreticis conuenientes diſceſſerũt magis diſcordes quàm conuenerant. 37.

Hęretici in multas ſectas diſſecti ſunt & cur. 232. Hęretici nõ pertinent ad corpus Chriſti. 243. Hęretici altaria olim ſunt demoliti, vt nunc faciunt Caluiniſtæ. 246. Hęretici cũ cauſſę ſuę diffidunt, ſolent in vitã Eccleſiaſticorum inuehere. 262

Hęretici inter ſe pugnãt, ſed contra Eccleſiam catholicam conſentiunt. 178. Hęretici magis puniendi quam cæteri ſcelerati. 182. Hęreſum doctores & auditores non ferendi. 185

Hęretici ſunt inter fures & latrones maximè, & ideo maxime vitandi 222. Hęretici abſconditam tot ſęculis fidem annunciant, & ideo nõ eis credendum. 266

Hęretici ad Concilium Tridentinum venire recuſarunt 28

Hęretici ad ſuos conuentus nũquam Catholicos inuitarũt. ibid.

Hęretici nullis ſynodis inter ſe nec cum aliis vmquam conuenerunt. 31

Hęretici, quomodo ad Concilium prouocauerunt, & quid poſtea fecerint. ibid. Hęreticos ad conuertendos adhibenda eſt & doctrina & terror. 196. Hæretici tyrannis ſemper fuerunt quã legitimis principibus æquiores. 204. Hęretici quot & quanti ob metum ſuppliciorum conuerſi. 207. Hęretici donatiſtæ affectarũt mar-

tyrum gloriam. 212
Hæreticorum Polonorum de ſummo Pontifice maledicēdi impunitas. 336
Heluetiorum pagi catholici de hæreticis triumpharunt, & hæreſim numquam admiſerunt. 13
Hoſij Cardinalis inſigne reſponſum Chriſtianam fidem cum Auguſtana confeſſione nō poſſe conſiſtere. 327
Hunetici regis Arriani in catholicos fraus & dolus. 54
Huſſitę cū vſum calicis impetraſſēt in hęreſi perſtiterūt. 59

I

Idololatria non eſt in Eccleſia catholica. 264. Idololatria nō eſt Sanctorum inuocatio. 267. Idololatræ qui olim fuerūt. 269
Imaginum cultus eſt ab Apoſtolorum tęporibus, & idololatria non eſt. 269. Imaginū cultus refertur ad prototypon. 270. Imagines qui contempſerunt quinam ſint. 271
Immortalitatis ſuaſio magnū eſt ad cōſtātiā incitamētū. 149
Imperatores pij & Catholici fuerūt fœliciſſimi, impij & hęretici miſerrimi. 131. Imperatores qui fœlices ſint. 134
Imperatoris ethnici Paulus oppreſſus præſidium petiit, & quid hoc ſit. 103
Infideles non ſunt cogendi ad fidē, ſicut hæretici ad retinēdam religionē Catholicam. 881
Ioannes Tranſyluaniæ princeps quomodo ex Catholico Lutheranus, & poſtea Caluinianus & Arianus factus ſit 41. eius mors. 42
Irenarchę qui nam olim fuerint & quod horum munus. 50. quales illi delecti fuerint. 51
Iudæis cur inter Chriſtianos impune eſſe liceat. 188
Iullanus Apoſtata cur permiſerit hęreticis liberam exercendi ſuam impietatē poteſtatem. 209. Iulianus opes Eccleſię ademit, quas reſtituit Iouinianus vel Iouianus potius eius ſucceſſor. 253
Ius idem naturæ & æquitas omnibus in locis & tēporibus vigere debet. 111
Iuſtinianus Imperator Catholicus fuit victorioſiſſimus, hæreticus autē miſerrimus. 130

L

Lacedæmonij ſuperſtitionibus dediti multas rei bene gerendę occaſiones prętermiſerunt. 146
Laudunenſis Dęmonis expulſionis miraculū narratur. 96
Legum ſeueritas in hęreticos exercita, quid ipſis commodi afferat. 195. Legum ſeueritate multi hęretici cōuerſi ſunt. 197
Libertas conſcientiæ viam ad atheiſmum munit. 8
Liberum arbitrium licet homo habeat; legibus tamen cur ei & bona præcipiantur & mala prohibeātur. 194. Libertati mala voluntas permittenda non eſt

eſt, ſed principes eam legibus & ſuppliciis coercere debet. 206
Libri hæreticorum maxime auerſandi. 158. Libri hæreticorum non legendi ſed flammis iniiciendi. ibid.
Litteræ formatæ vnitatis Eccleſiæ ſignum & teſſera. 66
Ludouici Sancti regis noſtri geſta aliquot. 71. noluit epiſcopus nominandi facultatem à Pontifice conceſſam admittere. ibid. Ludouico noſtro regi S. nullus princeps virtute, pietate, integritate. 113
Lutheri monſtroſum dogma de fide iuſtificãte vnde initium habuerit. 311
Lutheri ſathanicæ miſſionis ſecundum ſignum & tertium. pag. 312. quartum ibidem. quintum. pag. 313. ſextum ibidem. ſeptimum, octauum & nonum. pag. 314. reliqua indicia. pag. 315
Lutherus cur in indulgentias debacchatus. 313
Luther⁹ dũ in indulgẽtias inuehitur ad id ſe motũ falſæ gloriæ cupiditate fatetur. 65. 313
Lutheri execrandę blaſphemię. 310. Lutherus qua ratione primo in hæreſim lapſus. 311
Lutherus de Conciliis omnibus quid ſenſerit. 31
Lutherani in colloquio Vormacienſi de ſuę fidei profeſſione diſſentiunt. 324
Lutheranę doctrinę corpus quomodo diuerſum prodierit. 298
Lutheri in Patres Sanctos contumeliæ. 300. Lutheri aſtus in Concilio petendo, ſed non admittendo. 306. Lutheri miſſio qualis. 309

M

MAchiauellus principem docet fidem iuramento confirmatam frangere. 177
Machiauellus quibus criminibus reus oſtendatur. 151. contra Machiauellum quinã ſcripſerint. 153
Machiauello non ingenium & acumen ſed pietas defuit. 128. eius pronunciata omni impietate plena. ibi. & rurſus. 133. Machiauellus Chriſtianę religioni ruinam Rom. imp. & alia impiè tribuit. 136
Magi acerbiſſime puniendi, quorum vis magna eſt in Gallia. 98. Magum Treſcalũ quod Carolus IX. morti nõ tradiderit, ipſe eſt mortuus teſte Bodino. 106
Magnitudo animi in Chriſtianis quomodo ſupra omnes eluxerit. 137. magnitudo animi cum laudis contemptu poteſt conſiſtere. 139. Maghitudo animi in Chriſtianis quãta ſit. 148.
Manichęum non eſſe ſpiritũ S. quo redarguerit D. Leo. 227
Martyres veri qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. 213. Martyrum mortem non habet, qui Chriſtianorum vitam non habet. ibid. Martyr eſſe non poteſt, qui in Eccleſia

non eſt. 214
Matthias Hungariæ rex Turcas ſæpe parua manu fudit. 94
Mauricius imperator à Phoca cur interemptus. 275
Melanchthon quale cõcilium habere voluerit. 32
Melanchthon ab alijs hæreticis traducitur, quod Confeſſionem Auguſtanam mutauerit. 296. Melanchthon fuit Caluiniſta. ibid. Melanchthon fuit regula Lesbia, quæ ſeſe ad omnes hæreſes aptare ſtudebat. 297
Monarchia Eccleſiæ à quibus deſcripta, & ab ea optimæ reip. fama petenda, non ab alijs ſolùm. 100. Monarchiæ forma & moderatio qualis eſſe debeat ex D. Thoma. 133
Moſes fuit ſimul mitiſſimus & fortiſſim⁹, & Dauid etiã. 143
Mulieres hæreticæ docendi è ſuggeſtu euãgelij, & cœnę tradendæ mun⁹ ſibi arrogarũt. 23

N

NAbuchodonozor piorum & impiorum regum typus. 101
Nobiles ſunt maximè ad Chriſtianam pietatem incitandi. 156
Nuæ libri tanto ſunt nocentiores quanto occultius virus ſpargunt. 158. Nua Catholicæ Eccleſię cõiuratus hoſtis, quid maximè in ſuis libris intendat. 159. Nuæ libros qui legunt in excommunicationis pœnã incidunt. ibid. Nuæ militis inſolens ſuperbia & in Sorbonam calumnia. 237. Nuæ mendaciũ Papam fulguris inſtar concilia generalia reformidare. 236
Nuæ militares & politicę diſputationes ab eo quando editæ. 1. earum ſcopus & finis quis ſit. 2. Nuæ de fœdere contra Turcas feriendo conſilium. 80. improbatur. 81

O

OPes Eccleſiæ in fiſcum redigi cupientes Iſcariotem Iudam imitantur. 250
Opes Eccleſiæ miniſtris ipſius iure debentur. 251. Opes Eccleſiæ qua ratione ad eam deuenerint. 252
Opes Eccleſiæ qui inuadunt ſunt ſacrilegi & anathema incurrunt. ibid. Opes Eccleſiæ ingẽtes fuerunt ſub Eccleſiarum perſecutoribus. 257
Opes Eccleſiæ qui diripuerunt male perierunt. 259. 260.
Opes Eccleſiæ ob neceſſitatem pauperum diſtrahi poſſunt. 261
Ordines equitum non niſi à Principibus Catholicis inſtituti. 113

P

PAſtor Eccleſię vnus eſt, ſummus quod demõſtratur. 231
Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ eſt Romanus Pontifex. 235
Paſtoris ſummi Eccleſiæ vnitas quàm neceſſaria. 331
Patres in filios debere habere iuriſdictionẽ vſque ad mortem

Digitized by Google

tem quam temerè Bodinus asseruerit. 120

Patriarchales Ecclesiæ non à Nicena Synodo institutæ sunt sed à D. Petro originem traxerunt. 68

Patriarchales Ecclesias tres Romanam, Alexandrinam & Antiochenam Lutherus & Caluinus agnouerunt. 66

Patriarchales Ecclesię præter Romanam perierunt. 67

Pax non est constituenda cũ diuersarum hæresum receptione. 167. 168. Pax cum hęreticis cur non sit firmanda. 170

Peccata mortalia à venialibus distinguere difficillimum. 281

Peccatorum mortalium & venialium distinctionis Christus est auctor. ibid. Apostolus confirmator. 282. Peccati mortalis ex vna radice multos ramos pendere qua ratione demonstrari possit. ibid. de Peccatis mortalib⁹ sera est post mortem pœnitentia. 286

Persecutionem grauissimam patiuntur Catholici ab hæreticis. 219

Persecutio hęreticorum cur grauior sit reliquis aliis. 220

Persecutio martyres facit, hæresis apostatas tantum. 221

Persecutionẽ qui aliquando patitur, iniustus est, & qui eam facit iustus. 212. Persecuti sunt mali bonos, & boni malos. ibid.

Persecutionem qui patitur à Deo est, qui facit, à diabolo, falsa sententia. 214

Petrus fuit omniũ Apostolorum & totius Ecclesiæ caput à Christo constitutus. 233. Petri dignitas ad successores ipsius, transmissa est. 234

Philibertus Emanuel Sabaudię dux sua ditione recuperata eam omnem regionem in fide nutantem confirmauit. 8

Philippus Augustus rex Galliæ qua ratione Gallię motus sedauerit. 73

Philippus Mornæus quis & eius liber de veritate fidei Christianæ. 123. eius libri errores. ibidem. 124. 125

Phocas qua ratione Romanum Pontificem caput totius Ecclesię esse edixerit. 275

Picardica hęresis quando & vbi inceperit. 343. quam rudes sunt illi qui inter illos præstãt. pag. 344. quis sit eorum hęresiarcha. ibid. quos errores docuerit. 344. abusus baptismi apud eos. 345. nullum sacramentum præter baptisma admittunt. 347. error eorumdem in sanctissimam Trinitatem 347. eorum inconstantia in numero sacramentorum asserenda. 349. & in promissis seruandis. 354

Pietas est fundamentũ omnium virtutum. 165

Politicum principatum qui stabilire conantur neglecta religione Iudæis quomodo sint similes.

miles.164.Politicum principatum prius cõstituere quàm religionem,iniquum & prępoſterum eſt. 167

Poloniæ in regno Archiepiſcopus Gneſnẽſis primas tenet, & rege mortuo regni habenas ſuſcipit.109.Poloniæ rex ſi non poſsit hęreticos omnes reducere ad vnitatem Eccleſiæ quid procurare debeat. 333

Polycarpus cum Rom. Pontifice arctiſſimam communionem habuit,& Irenęus & Athanaſius. 148

Pontifices & ſacerdotes quibus in regionibus ius dicerent. 107

Pontifices Rom.Germaniam ab imperio non diſtraxerunt. ſed aliquos Imperatores excõmunicatos imperio multarunt. 274. Pontifices Rom. ſacrum bellum contra Turcas non impediunt. ibid.

Pontifices creari debere per generis ſucceſſionem , non per electionem quàm ſtultè Bodinus aſſeruerit. 159

Pontifici Romano qui non paret , Chriſti corpori non cohæret.223. Pontifici Rom. cur diuitiarum ſplendor maximè conueniat. 273

Principibus gloriam Dei & Eccleſię potius commendaram eſſe quam temporalium procurationem quid demõſtret. 184. Principes in ſynodis non fuerũt doctores aut iudices ſed defenſores. 138

Principum fauorem hęretici maximè conſiliari nituntur.156. Principes ſi fortunis ſuis cautũ velint hæreticis obniti debent. 157. Principes ſi ſalui eſſe volũt ſacerdotibus arctiſſimè *coniũgi* debent. *ibid.*

Purgatoriũ qua ratione inter fabulas computari non debeat.183.Purgatorium traditio Eccleſiæ quę maximè confirmet. 184. Purgatorio non expiantur peccata mortalia , de quibus nulla facta eſt pœnitentia. 287

R

Regula fidei quàm latè pateat, & quomodo pereant hæretici ad concordiam reducendi.61. 62.Regula fidei, proportio ſeu analogia fidei ab Apoſtolo dicta & cur.63.*Reg. fidei* monſtrarunt *damnatæ* hęreſes. 64. Regulam *fidei* vel ab Eccleſia Romana, vel ab antiquiore D. Gregorio Eccleſia petendum. 67

Reſpublica nulla ſine vera iuſtitia, quæ non eſt ſine fide Chriſtiana non poteſt conſiſtere. 165

Reſurrectionis certa ſpes omnes facit mortes contemnere. 150

Rex aliter ſeruit Deo qua rex eſt,& aliter qua homo.180. Rex debet curare vt è *ſuo* regno hæreſes extirpentur. ibid.

Rex qui conniuentia in hæreticos

reticos peccauit quomodo reſarcire poſſit. 332

Rex quid reſpondere poſſit hæreticis efflagitantibus vt audiantur. 320

Rex hæreticis petentibus colloquiũ cum catholicis quid reſpondere debeat. pag. 320

Reges debent colloquia omnia inter Catholicos & Hæreticos habenda ad tribunal Eccleſiæ referre. 321

Reges pij iidem gloria maximè inſignes. 185.

Regi Poloniæ ſi tumultum populi ob exigendos hæreticos miniſtros timeat quid ſit faciẽdum. 334

Regi Poloniæ quę ſit occaſio reſcindendi pernicioſum promiſſum de conſeruandis hæreticis. 335

Rhodij equites Catholicam religionem tuentes laudantur. 85

Romana ab Eccleſia vnitas fidei in occidente petenda. 67. Romana Eccleſia omnibus patriarchalibus Eccleſiis prælata. 68

S

SAcerdotum iudicium quo ipſi peccata remittunt vel retinent, eſt in Scriptura fundatum. 278

Sacrificia veterum quomodo non magnitudinem animi, ſed imbecillitatem efficerent. 144

Sacrificium qui tollunt Antichriſto viam parant. 246, ſine ſacrificio & ſacerdotio cõſtare non poteſt Eccleſia. 247

Salus æterna promittitur per ſeuerantibus in ſincero Dei cultu tantum. 291

Sanctorum cultus eſſe legitimus oſtenditur. 268

Schiſmatici quinam ſint, & quomodo hi ad Eccleſiam non pertineant, 242

Scriptura ſine traditione veritatis iudex eſſe nõ poteſt. 234.

Scripturas quomodo recipiãt hæretici, vt de ipſis firmum ſtatui dogma non poſſit. 235. ad Scripturas dum prouocant hæretici, hoc agunt, vt à Scriptura omnis tollatur auctoritas. 236

Securitas ſalutis nulli in hac vita contigit, & qui eam promittunt ſunt hæretici. 250

Seditionũ quæ olim ſedandarum ratio fuerit. 50. Seditionum quæ olim fuerint remedia. 51

Stephani Poloniæ regis cõtra hæreſes ſtatuta & geſta. 105

Synodus cogenda iterũ non eſt ad pacem de religione cõponendam. 15. Synodus ea legitima eſt, in qua ſummus Chriſti loco ſacerdos præeſt, & alij Apoſtolorum ſucceſſores. 16. 17. Synodus in qua hæretici iudices mixti Catholicis erunt, nihil vmquam ſtatuere poterit. 18. in Synodis legitimi iudices ſunt epiſcopi. 20. Synodo quam

quam Politici moliuntur mulieres interesse necesse erit. 24

Synodi generales & Prouinciales in Galliis habitę. 35. Synodum nationalem in Gallia cogere est superfluum. ibid. Synodi multę cur irritæ & nullius auctoritatis fuerint. 48

Synodi quam politici moliuntur nullus poterit præses existere. 26

Synodum prouincialem in Gallia qui cogi volũt, quid moliantur. 138. Synodos cogere pertinet ad Sacerdotes, & Antistites Ecclesiæ, in eisque fidei dogmata statuere. 140. Synodi sunt à Rom. Pont. indicendæ. 236

Syri in monte Libano Synodum Tridentinam agnouerunt. 23

T

Templorum ornatui studere natura duce inditum est. 255. Templorum ornatus ad cælestium meditationẽ inducit 256

Terror potestatum temporalium ad quid vtilis vel non. 198

Teutonici milites in Prussia floruerunt olim, nunc cum fide omnia amiserunt. 84

Theodosij pij Imperatoris contra hæreticos leges. 190. item aliorum. 191

Theodosij senioris & iunioris fælicitas. 130

D. Thomę liber de regimine principum & summa illius. 133. 134

Timor Dei quantum valeat ad cohibendam voluntatem, ne in malum proruat. 289

Traditiones in Ecclesia magis attendẽdę quam *ipsa Scripturarum verba*. 233. de Traditionibus Patrum sententię. 234

Transactio cur nulla cum hęreticis ineunda sit. 53. Transactio nulla cum hęreticis fælicem exitum sortita est. 59

Transsyluania qua ratione in Arianam hęresim lapsa. 42

Transsyluanorum ministrorum conuentus ad arcendam impietatem Arianam, sed omnes vani. ibid.

Tridentinum Concilium qui Hęretici impugnarunt, *sed* frustra. 33. Tridentinę *Synodo* adhęrendum, nec *alia frustra* quęrenda. 38

Turcas inter vnam & eam antiquam religionem tenere & exercere licet. 45. Turcis cur magis Deus nostrę religionis monumenta seruanda quã hęreticis relinquat. 83. cũ Turcis fœdus omne rumpendum. ibidem.

V

VEneti non Duces eligunt virtutibus carentes *sed* pietate maximè insignes, & qui illi sint. 111

Digitized by Google

Verbum Dei non potest esse iudex in fidei controuersiis. 30

Verbum Dei hęretici non intelligunt & cur. ibid.

Verbum Dei non sufficit ad iudicandum de fidei controuersiis. 40

Verbo Dei scripto tantum, verus Dei cultus non continetur. 127

Virtutem qui stimuli exacuant pręter inanem gloriam. 140

Vnio hęreticorum cum Catholicis Deo displicet. 181

Z

ZEno Imperator pacificatorium edictum promulgans reprehensus est à Felice Romano & aliis Episcopis. 170

IESV CHRISTO DEO DEIque filio vero laus & gloria.

Digitized by Google

Digitized by Google